paries albus potest esse similis alteri albo in potentia. Et
tivis, quæ referuntur ad terminos relatione potentiæ.

io Gabri-
e relati-
tentiali
litur.

Quod verò docebat Gabriel relationes potentiales est
lationes reales & rationis, hoc nullo modo potest esse
Ens reale & Ens rationis non datur medium: quidquid e
reale est: tum quia relationes potentiales cum non sint r
liter) ad rationem pertinent formaliter, licet non sine fu
si res sunt in potentia ad aliquid realiter, id tamen non
realem, sed per non repugnantiam realem accipi debet
termedia cogitatur, illa est in intellectu formaliter, &
parte rei.

Objicitur tertiò. Secundum Arist. 5. Met. Cap. 20. in
ponitur factivum & factibile, calefactivum & calefactibi
nantur ad Ens in potentia. Loquitur autem ibi sine dubio
In relativis etiam tertij modi ponit scientiam quæ refert
stens: ergo volvit esse relationem realem ad objectum
Aristotelem dicto loco solùm explicare varios modos rel
terminare an omnes sint reales vel rationis: nam & prope
recenset inter alias relationes, quæ tamen fundantur in
nisi per operationem intellectus

egorij opi-
de relatio-
nter Ens
non Ens.
1.
2.
3.

Greg. in 1. d. 28. q. 3. tenet tam Ens ad non Ens, qu
referri realiter; hoc est sine ulla operatione intellectus.
Ens ad non Ens realiter referri; primò: quia datur à parte
stentis: at imago qua imago, est alicuius imago: ut en
cap. 1. quid absurdius est quàm imaginem ad se dici?
ad rem non existentem. Secundò: quia datur à parte rei
& præteritæ: memoria autem dicitur relativè ad id cujus
tunc cum actu non cogitat homo de re, est enim memor
Tertio: quia realiter aliqua dicuntur activa & passiva: at
tur respectu rei agibilis actu non existentis: ergo datur re

n Ens ad
referri
liter.
1.

Secundùm verò probat hoc est non Ens ad Ens realite
nia relativa dicuntur ad convenientiam, ergo si Ens ad n
pari ratione non Ens ad Ens referetur realiter: quocirc
dicitur ad producibile; ita producibile quod est non Ens
ad productivum; similiter imagin[illegible] existens ad in
ad memoriam. Refe[illegible] ita realiter; quia sive in
[illegible] producibile à productivo.

at actu, ſequitur non poſſe eſſe terminum actu, ſi ſo-

mi relationem realem, poſſe terminari ad Ens in po-
actu. Nam quod quidem dicunt, rationem terminandi
iam. Reſpondeo. Eſſentiam non poſſe eſſe rationem ter-
n niſi actu exiſtat; debet enim ratio terminandi actu
n conſtituat in ratione termini actu.

nia poteſt referri ad terminum fictum & impoſſibilem; *Obiectio.*
hæc enim omnia ſunt cognoſcibilia, etiamſi non exi-
ſint, & ſicut habent unde cognoſci poſſint, ita habent,
tionem.

ea, neq; ad impoſſibilia eſſe relationem realem ſcien- *Ad obiecta*
ibilia, eatenus ſciuntur quatenus exiſtunt in intellectu, *ſta non eſt r*
liter referatur ad ipſa extra intellectum, quia extra in- *latio realis.*
nt, nec eſſe poſſunt. Quare extra intellectum nihil eſt,
terminari relatio realis ſcientiæ. Cum igitur ſcientia di-
cente; non eſt ſenſus, ſcientiam terminare ſuam rela-
ſtentem extra intellectum; talis enim roſa nihil eſt, ſed
henſa per intellectum & in intellectu exiſtente eſſe
ſa eſt loco roſæ realis, ſicut ſigna, & voces, & imagi-
d magis in diſputatione decima ſexta de ſcientia expli-

eriam referri relatione potentiæ ad formam nondum
ſe relationem realem, patet: quia ſecluſo omni intelle-
a ad omnem formam. Ergo poteſt aliquid realiter referri

n eſſe in potentia reali ad omnes formas etiam abſen- *Materia non*
ationem realem terminatam ad formas non exiſten- *dicit relatio-*
t impoſſibilis, ſed tum ob fundamentum, ratione cu- *nem realem*
eferri, exiſtente termino, tum ob non repugnantiam *ad formas non*
das, & recipiendas; Potentia enim ſupra entitatem mate- *exiſtentes.*
repugnantiam realem fundatam in natura quæ non
& convenit materiæ realiter, eo modo, quo negationes
eſſe enim negativum, eſt non eſſe reale rerum nega-

elationem quanu-
atio eſt concepta, & potentiæ terminatam ad formas
in intellectu, fun-

Formula testimonij examinatis perhibendi

A. B. per vel coram me (Die mensis) examinatum (prout statuta requirunt) in singulis artibus seu scientijs, quas et quatenus per statuta audivisse tenetur, laudabiles progressus et pares ei gradui, quem ambit, fecisse comperio: Ac speciatim in rebus quotidiani usus animi sui sensa linguâ latinâ explicandi eâ facultate pollere, quam statuta requirunt

Ita testor C. D.

Formula petendi gratias pro Baccalaureo in Artibus

Supplicat &c A. B. scholaris Facultatis Artium ex Aulâ Magd: in qua non in Domo aliquâ privatâ ipsum cubile et victum continuo suscepisse scio quatenus 16 Terminos in studio Dialectica et aliarum artium juxta statuta posuerit, publicos Artium praelectores diligenter audiverit; Disputationes per statuta requisitas frequentaverit, semel Generalis creatus fuerit, bis sub Baccalaureo in quadragesima responderit, et reliqua compleverit omnia (quae per statuta Universitatis requiruntur) ut haec sibi sufficiant quo admittatur ad Lectionem cujuslibet libri Logices Aristotelis, et insuper earum Artium quas et quatenus per statuta [illegible] audivisse.

Formula præsentandi ad Gradum
Baccalaureatus

Insignissime Vice Cancellarie, vosque Egregii
Procuratores, præsento vobis hunc meum Scholarem in facultate Artium, ut admittatur ad
lectionem cujuslibet libri logices Aristotelis;
et earum insuper Artium quas et quatenus per
statuta tenetur audivisse: Ad quam admissionem
scio cum aptum habilem et idoneum moribus
et scientiâ nec non in præsentia meâ legisse
vel lectos audivisse Articulos fidei et Religionis
quibus modo subscripsit coram Procuratoribus,
ac speciatim tres Articulos in Canone 36to com
prehensos fide mea datâ huic Universitati

Formula petendi gratias pro
Magistris in Artibus

STATVTA

Selecta è Corpore
Statutorum
VNIVERSITATIS
OXON,

Vt in promptu & ad manum ſint, quæ magis ad uſum, *(præcipuè Iuniorum)* facere videntur:

Excuſa cum Licentiâ,
Typis GUIL: TURNER,
Typographi Vniverſitatis,
pro GUIL: WEBB,
An. Dom, 1638.

AD

AD

d

Libris

tabant

niverſi

aut diſſ

hunc in

Fe. N

ADMONITIO
AD LECTOREM
de veteri *Calendario* omisso.

IN veteri Calendario, *ſingulis Vice-Cancellarii & Procuratorum Libris antiquitùs præfixo, notabantur dies quaſi nefaſti Univerſitatis (in quibus legere, aut diſputare nefas foret) olim hunc in modum ſignati;* Le. Le Fe. Non Le. Diſ. Non Diſ.

Quoniam verò ad hodiernas Lecturas commodiùs ordinandas, neceſſe habuit Academia Dierum Le. *&* non Le. *diſcrimen tollere; Dierum verò* Diſ. *&* non Diſ. *diſcrimen jam olim in uſu eſſe deſiit (præterquam quoad Diſputationes Quodlibeticas;) ſupervacuum fore videbatur, aliquot Paginas onerare Calendario κατ' πλάτος expanſo: Sufficere igitur viſum eſt, Dies* Non Dis. *quibus in ſingulis Terminis occurrunt, in ſequenti* Tabella κατ' ὁμάδας *exhibere.*

Termino

Termino

Michael. Octobr. 12. 17. 27. 31.
Novemb. 5. 7. 10. 15. 19.
Decemb. 5.

Hilarii. Jan. 19. 24.
Febr. 1. 11. 21. 23. 27.
Mart. 6. 11. 16. 19. 24.
Apr. 3.

Paschat. Apr. 3. 22. 24. 28. 30.
Maii 2. 5. 14. 18. 23.
Jun. 7.

Trinitat. Maii 23.
Jun. 7. 10. 15. 23. 28.
Jul. 1.

Siglæ

Siglæ (quotquot ſunt) in Margine poſitæ, deſignant Libros publicos Univerſitatis, hunc in modum,

A	Signific. Libr.	Vice-Cancellarii.
B		Sen. Procuratoris.
C		Iun. Procuratoris.
D		Statutorum in Archivis Biblioth. Bodl.

Reliquæ deinceps Literæ indicant Regiſtra hujuſmodi Literis inſignita.

Statuta eos, qui ad aliquem Gradum sunt præsentandi, concernentia.		nâ pro	Incept.	6	5	3. 4. 66. 67.
		S. Theolog. pro	Baccal.	6	6	1. 2. 68. 69.
			Incept.	6	6	3. 4. 71.
	1 Computando Tempore singulis Grad: capessendis præstituto			6	7	0. 73.
	2 Circuitione & Visitat.			9	5	1. 105.
	3 Subscriptione.			9	5	3. 109.
	4 Depositionibus.			9	5	7. 110.
Communia scilicet de	5 Juramentis coram Procuratore Juniore, de	Observand. Statutis. Pace nõ perturbandâ. Solenni Inceptione. Publ. Bibli.		9	6	1. 113.
		Senjore, de	Temp et exerc. pro grad	9	6	2. 119.
			Primat reg. Fidelitate.	9	6	3. 136.
		D. Vice-Canc. de reali Incept. intra ann.		9	7	0. 138.

☞ Indiculus Statutorum,

Quæ nempè ad aliquem *Gradum* Præſentandi, intra triduum antè Præſentationem legiſſe, ſinguli reſpectivè *Juramento* obſtringuntur.

				Tit.	Sect.	§.	Pag.
Statuta eos, qui ad aliquem Gradum	*Specialia de Tempore & Exercitiis requiſitis, nempè ad* Gradum *in*	*Artibus pro*	*Baccal.*	4	1	2. 3. 4. 5. 6. 12.	6. 7.
				6	1	1. 3. 4. 6.	24. & 26.
			Incept.	4	1	6. 7. 9. 10. 11.	9. 10.
				6	2	12. 13. 1. 2.	36. 37.
		Muſicâ pro	*Baccal.*	6	3	1. & 2.	55. 56.
			Incept.	6	3	3. 4.	57.
		Iure Civil. pro	*Baccal.*	6	4	1. 2.	59. 60.
			Incept.	6	4	3. 4.	62. 63.
		Medicinâ pro	*Baccal.*	6	5	1. 2.	64. 65.
			Incept.	6	5	3. 4.	66. 67.
		S. Theologpro	*Baccal.*	6	6	1. 2.	68. 69.
			Incept.	6	6	3. 4.	71.

DE MATRICVLA UNIVERSITATIS.

De tempore & conditionibus Matriculationis. §. 3.

OMnes & ſinguli Studentes ſeù Scholares cujuſcúnq; conditionis, intra quindenam poſtquàm ad Univerſitatem acceſſerint, coram Cancellario ejuſvè Commiſſario matriculandos ſe ſiſtant; nec, priuſquàm in Matriculam Univerſitatis relati fuerint, ullis Univerſitatis privilegiis aut

Tit. 2. beneficiis gaudeant. Quod ſi à Præfecto Domûs ſuæ, ejúſve Deputato legitimè moniti, nihilo ſecius matriculandos ſeſe non ſiſtant, pro qualibet quindenâ ſuæ dilationis ſex ſolidis & octo denariis ad uſum Univerſitatis mulctentur.

§. 3. *De officio Præfectorum circa Scholares Matriculandos.*

DEcretum eſt, quòd omnes & ſinguli Præfecti ſivè Magiſtri Collegiorum aut Aularum (ſivè quocunque alio titulo ac nomine cognoſcantur, aut cenſeantur) aut, ipſis abſentibus, eorum Deputati teneantur & obligentur, infra quindenam à tempore quo aliquis Scholarium ſivè Studentium in ſuum Collegium ſivè Aulam fuit admiſſus, eundem Scholarem ſivè Studentem coram Cancellario, vel ejus Commiſſario qui pro tempore fuerit, perſonalitèr ſiſtendum curare, ut in Matriculam Univerſitatis nomen ejus debitè referatur.

Vnà

Tit. 2.

Vnà cum Matriculando accedat ipſius Tutor, qui fide ſuâ datâ Vniverſitati conditionem matriculandi (utrum ſc. Nobilis, Equitis, Doctoris, Armigeri, Generoſi an plebei filius ſit,) Vice-Cancellario bonâ fide prodere tenebitur. Quòd ſi Tutor recuſaverit, Tutoris munere ipſi interdicatur.

Quòd ſi quis Præfectus aut Magiſter, aut ejus Deputatus (poſtquam ipſi per Bedellum ſuperiorem ſive Theologiæ, ſive Juris civilis innotuerit, Scholarem, vel Studentem ſuum infra tempus prædictum in Matriculam Vniverſitatis relatum non eſſe,) eum ad comparendum, & ad cætera quæ requiruntur præſtanda, non compellat, (qui, vigore hujus Statuti, compellendi poteſtatem habeat) pro quâlibet quindenâ ſiæ dilationis poſt monitionem ſibi per Bedellum factâ, tribus ſolidis & quatuor denariis ad uſum Vniverſitatis mulctetur.

Tit 3.

§. 1.

De Scholarium admiſſione in Collegia & Aulas. Ne quis in domibus privatis victitet, aut hoſpitetur.

CVm ad eruditionem & ingenuam Diſciplinam promovendam plurimùm conducat, ut Scholares non ſolùm ſub publico, ſed etiam ſub privato regimine contineantur; Statutum eſt, quòd omnes Scholares cujuſcunque conditionis, intra ſeptimanam à primo ipſorum adventu ad Academiam, in aliquod Collegium aut Aulam admittantur; Vbi continuè victum ſumere, ac pernoctare teneantur, nec ullo modo ultra tempus prædictum (niſi ex cauſâ per Cancellarium aut ejus Vice-Cancellarium approbandâ) in Domo privatâ cujuſquam (ſive Privilegiati, ſive non) hoſpitentur aut victitent: ſub * pœnâ quod ſi quis in hoc deliquerit, pro eo tempore quo ſic deliquerit, Vniverſitatis Privilegiis non fruatur, &, creſcente

* *A.*29 *b.*

Tit. 3.

cente contumaciâ, pro arbitrio Cancellarii aut Vice-Cancellarii incarceretur, aut banniatur.

Proviſo tamen, quòd liceat Scholaribus in domibus quibuſvis & Tenementis, Collegiis vel Aulis annexis vel annectendis, in quibus oppidani familiam non alunt, hoſpitari. Dummodo in annectendis ſervetur hæc cautio; Vt ita ſitæ ſint, ut ad eas nullus pateat ingreſſus, niſi per commune Oſtium Collegii vel Aulæ.

Tit. 4 Sect. 1.

Statuta ſpecialia ad Lectores pertinentia.

§. 2.

De Prælectore Grammaticæ.

PRælector Grammatices bis in quâlibet Septimanâ, *viz.* die Martis, & Veneris, hora octava matutina, publicè Grammaticam legat linguâ Latinâ; vel Technicè, è Priſciano, Linacro, aut alio probato Grammatices Authore; vel Criticè ſeu Philologicè, ſelectos aliquos Titulos, de Antiquitatibus Græcis aut Romanis, explicet.

Hujus Lectionibus intereſſe & auſcultare, omnes Scholares cujuſcúnq; conditionis, per annum integrum à primo ad Academiam adventu teneantur.

De

De Prælectore Rhetoricæ. *Tit. 4. sect. 1. §. 3*

PRælector Rhetoricæ item bis in qualibet Septimana, *viz.* diebus Lunæ & Jovis, horâ etiam octavâ matutinâ, publicè exponat Rhetoricam Aristotelis, Ciceronis, Quintiliani, aut Hermogenis; Quos inter se sic conferat, ut ex iis Artis præcepta in unum corpus redigat.

Ejus Prælectionibus Scholares itidem cujuscunque conditionis, per annum integrum à primo ad Academiam adventu, auscultare teneantur.

De Prælectore Dialecticæ. §. 4.

PRælector Dialectices, diebus Lunæ & Jovis horâ octavâ matutinâ, publicè exponat aut Porphyrii Isagogen, aut quamcunque Logicæ Aristotelicæ partem; textum dilucidè ac brevitèr exponendo: nec diu immoretur quæstionibus circa methodum

Tit. 4. Sect. 1.

vel analyſin libri ſeu textus, ſed quæſtiones ad materiam libri pertinentes ritè eliciat, & ſuccinctè ac nervoſè diſcutiat.

Hujus Lecturæ auditores ſint ſinguli Scholares à primo anno completo, quouſquè ad Gradum Baccalaureatûs in Artibus præſententur.

---

§. 5. *De Prælectore Moralis Philoſophiæ.*

PRælector Philoſophiæ Moralis diebus Martis & Veneris, horâ octavâ matutinâ, Ariſtotelis Ethica ad Nichomachum, Politica, nec non Oeconomica publicè legat, Textum exponendo, & quæſtiones prout è textu Ariſtotelis emergunt, ſuccinctè diſcutiendo.

Hujuſquè Lecturæ auditores ſunto ſinguli Scholares à primo anno completo, quoad præſentati fuerint ad Gradum Baccalaureatûs in Artibus.

De

De Prælectore Geometriæ. Tit. 4. Sect. 1. §. 6.

PRælector Geometriæ ſecundùm Statuta Saviliana bis in qualibet Septimanâ legat, ſcilicet, diebus Mercurii & Saturni, horâ octavâ matutinâ: & qui per Statuta illa tenentur, auditores ſunto, nempe omnes Scholares poſt annum ſecundum completum ab adventu ad Vniverſitatem, uſque ad annum primum Baccalaureatûs completum, ſub pœna ſex denariorum pro qualibet lectione neglectâ.

De Prælectore Aſtronomiæ. §. 7.

PRælector Aſtronomiæ Statuta Saviliana obſervet. Legat vero diebus Lunæ & Jovis, horâ itidem octavâ matutinâ. Auditoréſque ejuſdem ſint, qui iiſdem Statutis deſignantur, nempe à primo anno Baccalaureatûs completo uſque ad plenam inceptionem in Artibus, ſub pœna ſex denariorum

Tit. 4. Sect. 1.

riorũ pro qualibet Lectione neglectâ.

§. 8.

De Prælectore Musicæ, Doctoris Heyther.

PRælector Musicæ à Guilielm. Heyther Musices Doctore institutus, semel vel sæpiùs quolibet anni Termino, in Schola Musicâ, illius Artis Theoriam, inter horas octavam & nonam antemeridianas, legat. In Vesperiis autem Comitiorum quotannis, inter horas nonam & decimam antemeridianas (interpositâ musicorum instrumentorum modulatione) vernaculâ linguâ solennem etiam ibidem habeat lectionem.

§. 9.

De Prælectore Naturalis Philosophiæ, instituto per spectabilem virum D. Guil. Sedley.

LEgat Prælector Naturalis Philosophiæ, Aristotelis Physica, aut libros

libros de Cœlo & Mundo, aut de Meteoris, aut ejuſdem Parva Naturalia, aut Libros de Anima, necnon Libros de Generatione & Corruptione, bis in quâlibet ſeptimanâ in pleno Termino, diebus ſcilicet Mercurii & Saturni, horâ octavâ antemeridianâ. Auditores ſint Artium Baccalaurei, iidem qui & Aſtronomiæ. Mulcta Prælectoris non legentis, eſto, decem ſolidi; Auditoris abſentis, quatuor denarii. *Tit.* 4. Sect. 1.

De Prælectore Metaphyſicæ. §. 10.

PRælector Metaphyſicæ, bis in ſeptimanâ, diebus ſcilicet Martis & Veneris, horâ octavâ antemeridianâ, Ariſtotelis Metaphyſica legat; Textum quoad fieri poteſt dilucidè exponendo, & quæſtiones Metaphyſicas, quæ apud Scriptores antiquos, & modernos agitantur, prout è Textu Ariſtotelis emergunt, ſuccinctè ventilando. Lecturæ ſuæ auditores habeat Bacca-

Tit. 4. *Sect.* 1. Baccalaureos omnes, quouſque ad Gradum Magiſtrorum præſentati, ſeu Licentiati fuerint.

§. 11. *De Prælectore Hiſtorices, per celeberrimum virum Guil: Camdenum inſtituto.*

PRælector Hiſtorices bis in quâlibet Septimanâ, diebus ſcilicet Lunæ & Veneris, inter horas primam & ſecundam poſt merediem in Schola Hiſtoricæ deſignatâ, Lucium Florum, aut alios quoſvis antiquioris & melioris notæ Hiſtoricos prælegat. Ejuſque Lectiones frequentare teneantur ſinguli Artium Baccalaurei, poſt Quadrageſimam immediatè ſequentem primæ Præſentationis ſuæ diem, donec ad Gradum Magiſterii promoveantur: Item Juris Civilis ſtudioſi, quouſque Baccalaurei juris præſentati fuerint.

De

Tit. 4. Sect. 1. §. 12

De Linguæ Græcæ Profeſſore Regio.

PRofeſſor Regius Linguæ Græcæ, bis ſingulis ſeptimanis, diebus ſcilicet Mercurii & Saturni, inter horas primam & ſecundam Pomeridianas, in Scholâ huic Lecturæ aſſignatâ, Homerum, Demoſthenem, Iſocratem, Euripidem, aut alium quemvis ex antiquioribus, & claſſicis Authoribus explicabit, quæcunq; ad illius Linguæ Grammaticen, & Sermonis proprietatem ſpectant, enarrando. Auditores ſunto Scholares omnes poſt biennium completum ab adventu ſuo ad Academiam, & deinceps Baccalaurei omnes, donec ad Magiſtralem Gradum provecti ſint.

De

Tit. 4. Sect. 1. §. 13

De Linguæ Hebraicæ Profeſſore Regio.

PRofeſſor Regius Linguæ Hebraicæ, bis ſingulis ſeptimanis, diebus Martis & Jovis, inter horas primam & ſecundam pomeridianas in Scholâ huic Lecturæ aſſignatâ, è Sacræ Scripturæ fontibus, quæcunq; ad illius Linguæ Grammaticam & Sermonis proprietatem pertinent, explicabit.

Ejus lectionibus intendant ſinguli artium Baccalaurei, ſtatim poſt quadrageſimã immediatè ſequentẽ primæ Præſentationis ſuæ diem, donec annum integrum à ſuſcepto Magiſterii Gradu compleverint; Niſi quis ritè, juxta Statuta, inter auditores Juris aut Medicinæ nomen ſuum, intra primum annum à ſuſcepto Magiſterii Gradu, profiteatur. Et hic annus in audiendâ linguâ Hebraicâ collocatus, pro uno illorum ſeptem, qui juxta ſtatuta in audiendo S. Theologiæ Profeſſore ponendi ſunt, illis reputabitur.

De

Tit. 4.
Sect. 2. §. 14

De Regio Juris Civilis Profeſſore.

PRofeſſor Regius Juris Civilis, bis item in qualibet ſeptimanâ, diebus ſcilicet Martis & Jovis, horâ decimâ, in Scholâ huic Lecturæ aſſignatâ, quamlibet partem Corporis Juri Civilis exponet; eoſq; præcipuè Titulos, qui ad uſum & praxim in hoc Regno conducunt. Auditores habeat, omnes qui per Statuta Collegiorum Juris operam dare requiruntur, aut qui ritè Juris ſtudio nomina dederunt; donec ad Gradum Doctoris promoti fuerint, vel tempus in Academia compleverint, quo ad eundem Gradum promoveri poſſint.

Prælector Anatomices.

§. 15.

PRælector Anatomices, leget modo & formâ, ſecundum Ordinationes de eâdem Lecturâ editas, & per Univerſitatem approbatas, hoc eſt, Quolibet

Tit. 4. Sect. 1.

libet Vere, publice monſtrabit, docebit, tradet, ſitum, naturam, uſum & officium Partium corporis: Et quovis Termino Academico S Michaëlis (horis conſuetis Lecturæ Medicæ deſtinatis) leget ſuper ſceleto.

Temporibus aliis intra Terminum, poterit Prælector (prout viſum fuerit) pleniùs explicare partem aliquam vel particulam Anatomes, vel ſceleti.

Auditores neceſſarii dictarum Lecturarum erunt omnes Studioſi Medicinæ, & omnes Chirurgi in Vniverſitate, & unuſquiſq; ſtudioſorum Medicinæ (non Licentiatorum ad practicandum in Medicina) & Chirurgorum: pro quavis abſentiâ ſuâ non approbatâ per Prælectorem, ſolvent duos ſolidos.

Vnuſquiſq; admittendus per Vniverſitatem ad practicandum in Medicinâ, vel Chirurgiâ priuſquam Gratiam ſuam proponat ad dictam Licentiam obtinendam, Teſtimonium afferet, vel fidem faciet, quòd interfuerit

rit uni saltem integræ dissectioni Anatomicæ, unique integræ lectioni de Sceleto; nisi secum per Congregationem Regentium dispensetur. *Tit. 4. Sect. 1.*

De Regio Professore Medicinæ. §. 16.

PRofessor Regius Medicinæ, bis in quâlibet septimanâ, viz. diebus Martis & Veneris, horâ octavâ matutinâ, Hippocratem aut Galenum in Scholâ huic Lecturæ assignatâ legat. Ejusq; Auditores sunto omnes in Medicina Studiosi & Baccalaurei donec in eadem Facultate ad Doctoratûs Gradum promoti fuerint; vel tempus in Academia, quo ad Doctoratum promoveri possint, compleverint.

Tit 4.

§. 17.

De Prælectore S. Theologiæ, Dominæ Margaretæ Comitiſſæ Richmondiæ, Matris Regis Henrici ſeptimi.

ORdinatum eſt, quòd Lector Dominæ Margaretæ, ad inſtar aliorum Lectorum, bis in quâlibet ſeptimanâ, diebus ſcilicet Martis & Jovis hora nona antemeridiana, in Scholâ Theologicâ aliquam Scripturæ partem exponet. Auditores ſunto omnes in S. Theologia Baccalaurei, donec tempus compleverint, quo ad Doctoratum in eadem Facultate promoveri poſſint; necnon omnes alii Scholares cujuſcunq; Collegii vel Aulæ, ſive Socii, ſive Capellani, qui Sacros ordines ſuſceperunt, donec præſtitutum tempus exceſſerint.

De

Tit. 4.

§. 18.

De Regio S. Theologiæ Profeſſore.

PRofeſſor Regius S Theologiæ, bis item in quâlibet ſeptimanâ, diebus ſcilicet Lunæ & Veneris, hora nona in Scholâ Theologicâ exponat aliquam Sacræ Scripturæ partem. Auditores ſunto omnes Magiſtri in Artibus poſt annum à tempore Inceptionis (niſi qui ſtudio Juris aut Medicinæ ritè & bona fide nomina dedêrunt) donec ad Gradum Doctoris in eadem Facultate promoti fuerint, vel tempus in Academiâ compleverint, quo ad Doctoratum promoveri poſſint.

SPECULUM ACADEMICUM:

Quadratura Circuli,

Sive

Cyclus Prælectorum in Schema redactus. Quo videre eſt *Dies* ſingulos & Horas quibus ſinguli *Prælectores legere* teneantur, nec non *Auditores* qui Lecturis ſingulis intereſſe debeant, mulctaſque inſuper tam *Lectoribus*, qui vicem aliquam Legendi omiſſerint quàm *Auditoribus*, quibus à Lecturâ aliqua illis deſtinatâ abeſſe contigerit, irrogandus.

Die	Hora	Prælector.	Auditores qui.	Mulcta Prælector,	Mulcta Auditor.
☽ Lunæ	8	Rhetoricæ	Omnes ab adventu ad Acad. per annum integrum	5 s	2 d.
		Dialecticæ	Omnes à primo anno completo ad Baccalaureatum	5 s	2 d.
		Aſtronomiæ	A Baccalaureatu ad Inceptionem in Artibus	10 s	6 d.
	9	Theol. Prof. Regius.	Artium Magiſtri poſt Annum ab Inceptione donec tempus compleverint quo ad Doctoratum promoveri poſſint	10 s	6 d.
	1	Hiſtorices	Baccal. à quadrageſima ſequenti primam præſentationem immediate, donec magiſtri ſint. Et Jur. Civ. ſtudioſi omnes quouſque Bac. Juris præſentati fuerint	10 s	4 d.
		Grammaticæ	Idem qui Prælectoris Rhetoricæ	5 s	2 d.
		Moralis Philoſophiæ	Idem qui præl. Dialecticæ	10 s	2 d.
		Metaphyſicæ	Artium Bac. quouſque ad Magiſtratum promoti	5 s	4 d.
♂	8	Anatomicæ	Studioſi [illegible]		

Die	Hora	Prælector.	Auditores qui.	Mulcta Prælector,	Mulcta Auditor.

Die	Hora	Prælector.	Auditores qui.	Mulctæ Prælector,	Mulctæ Auditor.
☽ Lunæ		Rhetoricæ	Omnes ab adventu ad Acad. per annum integrum	5 s	2 d.
	8	Dialecticæ	Omnes à primo anno completo ad Baccalaureatum	5 s	2 d.
		Astronomiæ	A Baccalaureatu ad Inceptionem in Artibus	10 s	6 d.
	9	Theol. Prof. Regius.	Artium Magistri post Annum ab Inceptione donec tempus compleverint quo ad Doctoratum promoveri possint	10 s	6 d.
	1	Historices	Baccal. à quadragesima sequenti primam præsentationem immediate, donec magistri sint. Et Jur. Civ. studiosi omnes quousque Bac. Juris præsentati fuerint	10 s	4 d.
♂ Martis		Grammaticæ	Idem qui Prælectoris Rhetoricæ	5 s	2 d.
		Moralis Philosophiæ	Idem qui præl. Dialecticæ	10 s	2 d.
		Metaphysicæ	Artium Bac. quousque ad Magistratum promoti	5 s	4 d.
	8	Anatomicæ	Studiosi in medicinâ omnes & Chyrurgi omnes	Arbitrar.	2 s.
		Medicinæ	Medicinæ studiosi ad tempus usq, quo promoveri possint ad Doctoratum	10 s	6 d.
	9	Theol. Prof. Marg.	Quicunque in sacris ordinibus sunt, & Theol. Bac. donec ad Doctoris gradum promoveri possint	6 s. 8 d	6 d.
	10	Juris Civilis	Studiosi Juris donec ad Doctoratum promoveri possint	10 s	6 d.
	1	Linguæ Hebraicæ	Bac. Art. post Determinationem ad annum integrum à susceptione magistratus exceptis Juris & medicinæ studiosis	10 s	4 d
☿ Mercurii	8	Geometriæ	Omnes ab anno secundo cõpleto ad primum annum Bac. completum	10 s	6 d.
		Natural. Philosoph.	Ab anno Baccal. completo ad Inceptionem in Art.	10 s	4 d.
	1	Græcæ Linguæ	Omnes post annum secundum completum ab adventu ad Academiam donec ad magistralem gradum provecti sint	10 s	4 d.
♃ Jovis		Rhetoricæ	♀ Veneris: Grammaticæ	Mulcta ut supra	
	8	Dialecticæ	8 Moral. Philosophiæ		
		Astronomiæ	Medicinæ		
		Anatomicæ	Metaphysicæ		
			9 Theol. Prof. Reg.		
	9	Theolog. Prof. Marg.	♄ Saturni: 8 Geometriæ		
	10	Juris Civilis	Natnral. Philosophiæ		
	1	Linguæ Hebra.	1 Græcæ Linguæ		
		Prælector Musicæ semel quolibet [illegible]			
		Prof. Marg.	nec ad Doctoris gradum promoveri possint	6 s. 8 d	6 d.
	10	Juris Civilis	Studiosi Juris donec ad Doctoratum promoveri possint	10 s	6 d.

Prælector Muſicæ ſemel quolibet [illegible] illius Artis Theoriam legere tenetur. Sed nec diem illi aſſignarunt Statuta, nec Auditores.

nec ad Doctoris gradum promoveri poſſint — 6 s. 8 d — 6 d.

10 Juris Civilis Studioſi Juris donec ad Doctoratum promoveri poſſint — 10 s — 6 d.

1 Linguæ Hebraicæ — Bac. Art. poſt Determinationem ad annum integrum à ſuſceptione magiſtratus exceptis Juris & medicinæ ſtudioſis — 10 s — 4 d

---

☿ Mercurii

8 Geometriæ — Omnes ab anno ſecundo cõpleto ad primum annum Bac. completum — 10 s — 6 d.

Natural. Philoſoph. Ab anno Baccal. completo ad Inceptionem in Art. 10 s — 4 d.

1 Græcæ Linguæ — Omnes poſt annum ſecundum completum ab adventu ad Academiam donec ad magiſtralem gradum provecti ſint — 10 s — 4 d

---

♃ Jovis

8 Rhetoricæ, Dialecticæ, Aſtronomiæ, Anatomicæ

♀ Veneris — Grammaticæ; 8 Moral. Philoſophiæ, Medicinæ, Metaphyſicæ; 9 Theol. Prof. Reg.

Mulcta ut ſupra

9 Theolog. Prof. Marg.

10 Juris Civilis

1 Linguæ Hebra.

♄ Saturni — 8 Geometriæ, Natural. Philoſophiæ; 1 Græcæ Linguæ

Prælector Muſicæ ſemel quolibet termino hora octava Antemeridianâ illius Artis Theoriam legere tenetur. Sed nec diem illi aſſignarunt Statuta, nec Auditores.

Choragus autem Muſicæ Practicæ cum duobus pueris Symphoniacis tenetur Singulis Septimanis, excepta Quadrageſimâ (quo tempore nullus prælectorum legere tenetur) die Jovis horâ primâ Muſicam exercere.

In quatuor Anni Academici Vacationibus, per Specialem Honoratiſſimi Cancellarii munificentiam (quam pro termino ſuæ vitæ, & ulterius, Deo dante, continuare decrevit) Lingua Arabica ſemel in qualibet ſeptimana, ſcilicet die Mercurii, horâ nonâ antemeridianâ, publicè docenda eſt.

Publica in Acad. exercitia peraguntur quatuor anni Terminis ſcilicet

- S. Michaelis qui — Incipit decimo die Octobris. / Deſinit decimo ſeptimo die Decembris.
- S. Hillarii qui — Incipit 14 die Januarii, / Deſinit Vigilia Dom. Palmarum.
- Paſchatis qui — Incipit decimo die poſt Feſtum Paſch. / Deſinit die Jovis proximè ante Feſtum Pentecoſt.

Terminis scilicet

Paschatis qui } coſt.

☞ In quatuor Anni Academici Vacationibus, per Specialem Honoratiſſimi Cancellarii munificentiam (quam pro termino ſuæ vitæ, & ulterius, Deo dante, continuare decrevit) Lingua Arabica ſemel in qualibet ſeptimana, ſcilicet die Mercurii, horâ nonâ antemeridianâ, publicè docenda eſt.

Publica in Acad. exercitia peraguntur quatuor anni Terminis ſcilicet

- S. Michaelis qui
  - Incipit decimo die Octobris.
  - Definit decimo ſeptimo die Decembris.
- S. Hillarii qui
  - Incipit 14 die Januarii,
  - Definit Vigilia Dom. Palmarum.
- Paſchatis qui
  - Incipit decimo die poſt Feſtum Paſch.
  - Definit die Jovis proximè ante Feſtum Pentecoſt.
- S. Trinitatis qui
  - Incipit die Mercurii poſt Dominicam Trinitatis.
  - Continuatur in Diem Sabbati Comitia proxima ſequent. vel ulterius.

Dies nefaſti Univerſitatis ſunt dies non diſ. i.e. in quibus non diſputatur in Quodlibeticis hi ſunt in Termino

- Michael. Octobr. 12. 17. 27. 31. Novemb. 5. 7. 10. 15. 19. Decembris 5.
- Hilarii, Januarii 19. 24. Febr. 1. 11. 21. 23. 27. Mart. 6. 11. 16. 19. 24. Aprilis 3.
- Paſchatis, April. 3, 22. 24. 28. 30. Maii 2. 5. 14, 18. 23. Junii 7.
- Trinitatis, Maii 23. Junii 7. 10, 15. 23. 28. Julii 1.

Nota Comitium Cantab: Incipit, die Sab: Poſt S. Petri Apoſtol.

Et Nota. Comitia Oxon. ſemper die Lunæ 7. diem Julii proxime ſequent. Veſp. die Sabbat. &c.

pag. 20.

DE LECTIONVM PVBLICARVM AUDITORIBUS.

§. 1. *Quòd ſinguli Scholares peculiaribus Scholis contribuantur.*

CUm par ſit, ut, qui Gradibus Academicis honeſtari cupiunt, eorum etiam diligentia, in cultu ingenii capeſſendo, publicè ſit perſpecta; Statutum eſt, quòd ſinguli ſcholares cujuſcunq; conditionis, à primo eorum adventu ad Academiam, ad certas aliquas Scholas, pro ratione Temporis, vel Gradus in Academiâ aſſig-

assignatas (prout in Ordinationibus *Tit.* 5.
de Lectoribus Ubique

[illegible]

[illegible]

[illegible]

eorum adventu ad Academiam, ad certas aliquas Scholas, pro ratione Temporis, vel Gradus in Academiâ affig-

assignatas (prout in Ordinationibus de Lectoribus publicis statuitur) pertineant. Quas, cùm in iis Lectiones habentur, frequentare & à principio ad finem, sub eadem pœnâ quæ prorsus absentibus incumbit, eisdem interesse, teneantur. *Tit. 5.*

Quòd singuli Scholares Lectores suos (siqui fuerint ejusdem Domûs) ad Scholas deducant. §. 2.

STatutum est, quòd quemlibet Prælectorem sivè Professorem publicè prælecturum, Auditores sui omnes, quotquot in eodem cum ipso Collegio vel Aulâ degunt (prout antiquitùs fieri consuevit) ad Scholam suæ Lecturæ destinatam deducant; & pariter, finitâ Lectione, ad Collegium vel Aulam suam reducant: Qui secùs fecerit, duobus denariis, ad usum Universitatis, mulctetur.

Tit. 5. §. 3.

De modo, quo Auditores in Scholis ſe gerent, inter audiendam.

QViſque, quamprimùm Scholam ſuam intraverit, ſedem aliquam capeſſat, quoadusque ſedilia ſuffecerint; Reliqui verò, quibus non eſt ubi ſedeant, in eo loco, quem primùm occupaverint, conſiſtant: Nec quiſquam ſedem aut ſtationem ſuam deſerat, huc & illuc curſitando, aut obambulando, ſed omnes per modeſtiam & ſilentium ad auſcultandum Lectori, ſe attentè componant; Et quotquot infra Gradum Magiſtralem ſunt, ſcriptis excipiant ea quæ leguntur. Inſuper, quiſq; eum Authorem privatim & ſtudiosè perlegat, quem in quâque Facultate Profeſſor publicus ad explicandum ſumpſerit.

Quoſcunque in præmiſſis delinquentes Lector animadverterit, mulctam duorum denariorum, per Bedellum Facultatis, exigendi poteſtatem habeat.

De

De Mulctis Auditorum, à Lecturis publicis absentium. Tit. 5. §. 4.

ITem statutum est, absentes à Lectionibus quas audire tenentur, præterquam ex causa rationabili, sub manu Præfecti alicujus Collegii vel Aulæ, sive ejus Deputati, testatâ, & per Vice-Cancellarium ac alterum Procuratorem approbandâ, in hunc modum esse mulctandos.

Auditorum absentium à Lectura Regiorum professorum in Theologia, Medicina, & Jure Civili; necnon à Lectura Dominæ Margaretæ, mulcta esto * 6.d. *B.110.2.

Auditorum absentium à Lectura Regiorum Professorum Linguæ Hebraicæ, vel Græcæ, mulcta est * 4.d. *B.110.2.

Auditorum in Artibus (exceptis Auditoribus lectionum Savilianarum, qui secundum Statuta Saviliana mulctandi sunt) à Lecturis absentium, mulcta esto

* { Baccalaurei, 4.d. / Scholaris, 2.d. } *B.121.2.

Tit. 6. Sect. 1.

De TEMPORE ET exercitiis requisitis ad Gradum Baccalaurei in Artibus.

§. 1. *Quot anni, in audiendis publicis lectoribus ponendi, requirantur ad Gradum Baccalaurei in Artibus.*

STatutum est, quòd Scholares in Facultate Artium, antequam Gradum Baccalaureatûs suscipiant, quatuor annos integros sive sedecim Terminos, numerandos à die matriculationis, in studio Artium, & in publicis Lectoribus, prout Statuta requirunt, diligen-

diligenter audiendis, in Academia (hoc eſt, minime in Domo privata cujuſquam hoſpitantes ſeu victitantes. ſed in Collegio vel Aula quapiã abſq; dolo malo degentes) ponere teneantur; Exceptis Filiis Baronum in ſuperiori Domo Parliamenti ſuffragii Jus habentium ac Filiis natu maximis Baronettorum, & Equitum Auratorum; quibus indulget Academia, (modo ne Collegii alicujus Socii, aut Scholares ſive Alumni fuerint, eâ etiam conditione ut ſub hujuſmodi titulo in Matriculam Vniverſitatis relati fuerint) poſt integrum Triennium in ſtudiis Academicis completum (vel etiam Baronum Filiis, intra brevius temporis curriculum, ſi Cancellario videbitur) ut præſtitis Exercitiis ad eum Gradum requiſitis, Gradum Baccalaurei in Artibus ambire poſſint. Tit. 4. Sect. 1.

De Exercitiis præſtandis pro Gradu Baccalaurei in Artibus. §. 2.

STatutum eſt, quòd priuſquam quis ad Gradum Baccalaurei in Artibus admit-

Tit. 6. Sect. 1.

admittatur, in Disputationibus Parviis semel pro Forma opponat; Semel item ab hora prima ad tertiam respondeat; Et bis sub Baccalaureo, in Determinationibus Quadragesimalibus, per horam integram, & unius horæ semissem respondeat; Nisi Congregationi Regentium videbitur, antè prælita Exercitia, secundam sub Baccalaureo respondendi vicem, in alteram vicem respondendi in Parvisiis commutare.

§. 3. *De Disputationibus in Parviso tum habendis, tum frequentandis.*

CVm ad Eruditionis profectum, non solum lectio & meditatio, sed etiam exercitatio summoperè conducat; Statutum est, quòd ter in qualibet septimana in pleno Termino (diebus scilicet Lunæ, Mercurii, & Veneris, & non aliis) in Scholis Artium publicis (quas occupandi Respondentibus jus esto, præ illis qui solennes Lectiones

Tit. 6. Sect. 1.

nes pro gradu Magiſtrali lecturi ſunt) Diſputationes (quas etiam alio nomine Variationes olim dictas fuiſſe conſtat) in Parviſo habeantur.

In quibus Diſputationibus, reſponſuri pro Forma, Septimana præcedente Diſputationem ſuam, Nomina ſua, & quæſtiones de quibus reſponſuri ſunt Die Mercurii & Saturni, ſtatim poſt finitas Diſputationes in Auguſtinenſibus Magiſtro Scholarum ſub ipſius Chirographo approbandas (quo nomine à ſingulis 6.d. recipiet) exhibere tenentur, ſub pœna quod ſecùs facientibus Reſponſio ſua non cedet pro Forma. Reſponſuri verò prima Septimana cujuſlibet Termini, antè octo dies Magiſtro Scholarum illa hebdomade moderaturo in Auguſtinenſibus, nomina ſua, & quæſtiones ſimiliter approbandas exhibebunt. Quòd ſi nulli Septimana præcedente, die Mercurii apud Magiſtrum Scholarum nomina ſua edant, ſive diebus Lunæ & Mercurii ſequente Septimana reſponſuros pro Forma ſe profiteantur; neque

Tit. 6. Sect. 1.

neque die Saturni præcedente Septimana responsuros se pro Forma die Veneris sequente Hebdomade profiteantur, Magister Scholarum cuivis ex inferioribus Bedellis edicet (ne Disputationes diebus præstitutis habendæ intercidant) ut ad Disputationes, quovis die præstituto sequentis Hebdomadis, obeundas, tres moneat simpliciter seniores Scholares anni quarti, & sic deinceps (quoties usus fuerit) tres proximè Seniores secundum ordinem Senioritatis in Matricula Universitatis, descendendo ad Juniores Anni tertii, citra quem annum nemini in Parvisiis opponere vel respondere concessum est.

Disputantium verò Senior respondeat, reliqui duo opponant. Has autem Disputationes omnes Scholares frequentare tenentur, à primo anno completo post adventum suum ad Academiam, donec tempus compleverint, quo ad Gradum Baccalaureatûs in Artibus promoveri possint. In his Disputationibus, de tribus Quæstionibus

Tit. 6. Sect. 3.

bus vel Problematibus Grammaticalibus, vel Logicalibus, ab hora prima olt meridiem ad horam tertiam dieptetur.

Statutum eſt inſuper, quòd Procutores, de quatriduo in quatriduum per quatriduum, intelligendo quatu- (Dies deinceps, in quibus Diſputaones iſtæ habentur) quatuor Magipos Regentes deſignabunt, qui oms ſimul, ſingulis diebus, Diſputatiotus prædictis, à principio ad finem, abitibus Gradu ſuo cõpetentibus inati, interſint, ſub pœna 3.ſ.4.d. ſingus abſentibus, toties quoties, irrogãda; Qui, ut omnia ritè & decentèr fiant, proſpiciant; Et ſi quem abſque Chirographo Magiſtri Scholarum pro Forma reſpondere deprehenderint (id quod ipſis explorandum incumbit) eum continuò ſuſcitabunt, ne cedat ipſi pro Forma reſponſio illa; Et, ſi opus fuerit, Cancellario vel Procuratoribus, Scholarium delicta vel contumacias denuncient.

De

Tit. 6. Sect. 1.

neque die Saturni præcedente Septimana responsuros se pro Forma di Veneris sequente Hebdomade profiteantur, Magister Scholarum cuivis e inferioribus Bedellis edicet (ne Disputationes diebus præstitutis habendæ intercidant) ut ad Disputationes quovis die præstituto sequentis Hebdomadis, obeundas, tres moneat simplicitèr seniores Scholares anni quarti, & sic deinceps (quoties usus fuerit) tres proximè Seniores secundum ordinem Senioritatis in Matricula Universitatis, descendendo ad Juniores Anni tertii, citra quem annum nemini in Parvisiis opponere vel respondere concessum est.

Disputantium verò Senior respondeat, reliqui duo opponant. Has autem Disputationes omnes Scholares frequentare tenentur, à primo anno completo post adventum suum ad Academiam, donec tempus compleverint, quo ad Gradum Baccalaureatûs in Artibus promoveri possint. In his Disputationibus, de tribus Quæstionibus

Tit. 6. Sect. 3.

bus vel Problematibus Grammaticalibus, vel Logicalibus, ab hora prima poſt meridiem ad horam tertiam diſceptetur.

Statutum eſt inſuper, quòd Procuratores, de quatriduo in quatriduum (per quatriduum, intelligendo quatuor Dies deinceps, in quibus Diſputationes iſtæ habentur) quatuor Magiſtros Regentes deſignabunt, qui omnes ſimul, ſingulis diebus, Diſputationibus prædictis, à principio ad finem, Habitibus Gradu ſuo cõpetentibus induti, interſint, ſub pœna 3.s 4.d. ſingulis abſentibus, toties quoties, irrogãda; Qui, ut omnia ritè & decentèr fiant, proſpiciant; Et ſi quem abſque Chirographo Magiſtri Scholarum pro Forma reſpondere deprehenderint (id quod ipſis explorandum incumbit) eum continuò ſuſcitabunt, ne cedat ipſi pro Forma reſponſio illa; Et, ſi opus fuerit, Cancellario vel Procuratoribus, Scholarium delicta vel contumacias denuncient.

De

Tit. 6. Sect. 1. §. 4.

De tempore intrà quod creandi Sophistæ Generales; Formula creandi Generales.

STatutum est, quòd Scholares in Facultate Artium, post duos demùm annos in Vniversitate completos (& non anteà) adhibitò (si voluerint) moderamine alicujus Baccalaurei, vel Sophistę Generalis, ad Opponendum & Respondendum pro Forma in Parvisiis admittantur: Quódque singuli, per tres ad minùs Terminos, priusquâ pro Baccalaurei Gradu supplicent, Respondentis & Prioris Opponentis vices in his Disputationibus subeant, & Sophistæ Generales creentur.

Formula verò creandi Generales Sophistas hujusmodi esto: Finitis Disputationibus, illicò omnes Scholares qui pro Forma responderunt illo die, in Scholam Philosophiæ Naturalis conveniant, ubi unus è quatuor Magistris Regentibus, qui Disputationibus istis interesse tenentur, (secundùm

dùm ordinem Senioritatis quisque suum diem sortitus) sub pœna 10. s. Suggestum ascendens, brevi oratiuncula eos ad bonarum Literarum studia hortatus, præcipuè laudes ac usum Aristotelicæ & genuinæ Dialecticæ percensebit: Deinde, Senioti è creandis ad Suggestum adstanti, Logicam Aristotelis in manus tradet; mox Caputium simplex, neque Pellibus lanatis subsutum, neque fimbriâ pellitâ prætextum, collo circundabit. Reliquos deinde, ordine Senioritatis succedentes, eodem modo creabit. Tit. 6.

Tenentur autem Sophistæ Generales, singulis postea Terminis donec ad Gradum Baccalaurei promoti fuerint, semel saltem in Parvisiis disputare, sub pœna, ne Disputatio prius habita iis ullo modo cedat pro Forma.

Statutum est insuper, quòd non licebit Congregationi, ex post facto cum quoquam, quominus modo prædicto Generalis fiat, dispensare.

De

Tit. 6.
Sect 1. §. 1

De Scholis sortiendis, & Quæstionibus publicandis.

STatutum est, quòd Scholares in Parvisiis responsuri (siqua controversia de Scholis capessendis oriatur) Scholas, juxta Senioritatem Baccalaureorum sivè Moderatorum, sub quibus responderint, vel suam, (si sub nullius præsidio respondeant) sortiantur.

Quódque singuli responsuri, hora octava ante meridiem ejusdem Diei, Quæstiones in Parvisiis discutiendas, valvis utriusq; Portæ Scholarum Publicarum, cum nominibus propriis, & Collegii, sive Aulæ, cujus Alumni fuerint, affigi curent: Quas nec ipsi per se, nec alterius cujusvis opera, ante Disputationes peractas, refigendas sive detrahendas curabunt. Quòd si Respondentis cujusvis Quæstiones integro tempore juxta Statuta requisito, minimè affixas fuisse deprehenderint; Magistri Scholarum sive Regentes

gentes qui Disputationibus istis interesse tenentur, ipsum suscitare, & ad Vice-Cancellarium vel Procuratores deferre pro arbitrio ipsorum puniendum tenentur ipsi sub pœnâ 3 s. 4 d.

Tit. 6. Sect. 1.

(1) Quòdq; aliquis inferiorum Bedellorum, Baculum præferens, eos singulis diebus à Templo B. Mariæ ad Scholas deduceat; & ob eam causam, & non aliter, duos solidos, inter ipsos æqualiter dividendos, percipiat; Ab iis qui pro Forma, non item ab iis qui pro Termino respondent.

(1) L. 281. a.

Qui etiam nomina eorum, qui Sophistæ Generales creati fuerint, in Librum aliquem per inferiores Bedellos custodiendum, eodem die non tamen ante Disputationes & Creationem peractas referat, sub pœna amissionis trium solidorum, & quatuor denariorum, Vniversitati numerandorum, quoties in hoc Officium præstare neglexerit.

Tit. 6. Sect. 1 § 6

De responsionibus Quæstionistarum sub Baccalaureis Determinantibus.

PRæter illas Disputationes, quæ in Parvisiis sunt habendæ, Statutum etiam est; quod quilibet Scholaris, postquam quatuor Terminos in studio Dialecticæ posuerit (& non anteà) priusquam verò ambiat Gradum Baccalaurei in Artibus, sub Baccalaureo aliquo in Quadragesima Determinante, bis pro Forma respondeat, de eisdem Quæstionibus, quas Baccalaureus ipse defendendas suscepit, vel proposuit; Idq; singulis vicibus per unam horam, & alterius horæ semissem, nisi ex justâ causâ aliâ Congregationi videbitur, alteram sub Baccalaureo respondendi vicem, in aliam in Paruisiis respondendi vicem commutare; In quo duntaxat, quantum ad hujusmodi Responsiones, Congregatio Magistrorum Regentium dispensandi potestatem habeat.

Leges

Tit 6. Sect. 1. §. 7

Leges reſpondendi ſub Baccalaureo Determinante

STatutũ eſt, quòd unus dũtaxat Scholaris, & ille ſemel tantùm uno & eodem die, ſub Baccalaureo in Quadrageſimâ reſpondeat, idq; ab initio Diſputationum, uſq; ad finitam ſeſquihoram; Quòdq; Scholaris reſpondens ſub Baccalaureo, in ſedili ante Suggeſtum Determinantis fixo ſedeat; nec ipſi alius quiſquam aſſideat, vel adſtet, qui ad anguſtias redacto reſponſum ſuggerat. Et, quò Diſputationes clariùs percipiantur, quòd quilibet Opponens in Scamno Reſpondenti diametraliter oppoſito ſedem capeſſat, ſub pœna quòd, ſi Scholaris Reſpondens ſecùs fecerit, Reſponſio ei non cedat pro Forma; Et ſi Opponens deliquerit, ad Arbitrium Vice-Cancellarii vel Procuratorum puniatur.

Tit. 6. Sect. 2.

SECT. II.

De Tempore & Exercitiis Requisitis ad Gradum Magistri in Artibus.

§. 1. *Quot anni, in audiendis publicis Lectoribus ponendi, requirantur ad Gradum Magistri in Artibus.*

A Tempore admissionis ad Gradum Baccalaurei, tenentur singuli in audiendis publicis Lecturis sibi destinatis, & in Disputationibus juxta Statuta requisitis,

tis, tum habendis, tum frequentandis duodecim Terminos ponere; nec ante completum illud tempus, Gratiam ſuam petere cuiquam fas eſto. *Tit. 6. Sect. 2.*

Quod ſi quis Exercitia ad Gradum Magiſtralem requiſita præſtiterit, & reliquum temporis ſpatium in bonarum literarum ſtudio poſuerit, in alia quacunque Academia; licebit ei tempus id omne imputari, ac ſi in hac ipſa Academia fuiſſet inſumptum: Conſtet id modò, ac teſtatum ſit ſub Sigillo Academiæ, in qua ſe ſtuduiſſe profitetur, aut alioqui Teſtimonio fide digno.

De Exercitiis præſtandis pro gradu Magiſtrali in Artibus. §. 2.

STatutum eſt, quòd Baccalaureus Artium poſt Gradum ſuſceptum, in Quadrageſima ſolennitèr Determinet; in Quodlibeticis Diſputationibus teſpondeat; in Auguſtinenſibus reſpondeat, vel opponat; & Sex ſolennes Lectiones legat, priuſquam ad

Tit. 6. Sect. 2. Magistralem Gradum promoveatur.

§. 3. *De Determinatione Quadragesimali.*

QVia per solennes Baccalaureorum Determinationes Mater Academia, & præcipuè Facultas Artium, multum honoris & commodi est assequuta, Statutum est, quòd singulis annis in Scholis publicis ejusmodi Disputationes more debito habeantur.

Quodq; quilibet Scholaris ad Gradum Baccalaurei præsentatus, nisi Gratia simpliciter eidem fuerit concessa, solenniter in sequenti Quadragesima Determinare teneatur; sub pœna, quod Gratia prius eidem concessa, pro non concessa habeatur, nisi impedimentum aliquod contigerit per Vice-Cancellarium & Procuratores approbandum; quo in casu, ejus Determinationem, in aliam Quadragesimam, sub pœna consimili tunc præstandam, differre liceat.

De

Tit. 6.
Sect. 2. §. 6

De Disputationibus in Die Cinerum sive Carnis privii.

STatutum est, quod in die Cinerum, sive Carnis-privii, secundùm antiquam & laudabilem consuetudinem, Disputationes in Scholis publicis habeantur. Ità quòd statim post Concionem Latinam, ad sonitum sive pulsationem parvæ Campanæ, cujusque Collegii & Aulæ Decanus vel Præsentator, unà cum Baccalaureis suis eâdem Quadragesimâ Determinaturis, omnes Habitu Gradui competente induti, solenniter ad Scholas accedant; quas pro senioritate cujusque Præsentatoris vel Decani, sortiantur; nec Scholam, quam initio quisquam in suâ personâ occupavit Juniori cuivis concedet sub pœnâ 20.s.

Quòd si Decani, seu Præsentatores, plures fuerint, quàm pro numero Scholarum, ubi demùm Scholæ omnes occupatæ fuerint, distinctas quisque sedes in Scholâ Theologicâ ca-

Tit. 6. Sect. 2.

pessant; Nisi quis, propter paucitatem Determinatorum suorum, ipsos alteri Decano transcripserit. Et quem quisq; locum, sive in Scholis Artium, sive in Schola Theologica occupaverit, eum usque tueri, & disputationes ad horam quintam post meridiem producere tenebitur, sub pœna 40.s.

Decanus autem vel Præsentator Cathedram occupans, primò Baccalaureis Determinaturis ab una parte stantibus, Quæstiones, unà cum versibus earundem sensum brevitèr exponentibus, proponet: Quas quamprimùm Baccalaureus Determinaturus repetiit, unus è Senioribus Baccalaureis ex altera parte sedentibus, pro Determinaturo in singulis Quæstionibus respondebit, quamdiu Decano vel Præsentatori (qui Opponentis locum sustinet) videbitur: Quo deinde ordine, aliis Determinaturis Quæstiones eodem modo proponet, pro quibus itidem alii Seniores respondebunt.

Finitis autem Disputationibus, in qualibet Schola, Baccalaureorum Determinatorum

terminatorum primus, reliquorum circumſtantium nomine, cùm Decano ſive Præſentatori, tum Senioribus Baccalaureis, flexis genibus, gratias aget, ſub hac forma. *Gratias ago Domino Cancellario & Procuratoribus hujus almæ Univerſitatis, & Magiſtro meo Diſputanti, & Baccalaureo Reſpondenti, quorum ope hoc munus ſuſcepi, quod, Deo volente, hac Quadrageſima perficiam.* Si qui autem, in aliquo præmiſſorum quæ ad ipſos pertinent, deliquerint vel defecerint, arbitrio Vice-Cancellarii & Procuratorum puniantur.

De

Tit. 6.
Sect. 2. §. 7

De precibus habendis unoquoque die Saturni, durantibus Quadragesimalibus Disputationibus, in Choro Templi B. Mariæ. Et de Junioris Procuratoris Oratione ad Determinatores habendâ.

STatutum est, prout ab antiquo consuetudo obtinuit, quòd unoquoque die Saturni, à vigilia primæ Dominicæ in Quadragesima inclusivè, usque ad vigiliam Dominicæ Palmarum inclusivè, horâ octavâ Matutinâ, singuli Baccalaurei Determinantes conveniant in Choro B. Mariæ Virginis, ad celebrandas Preces secundùm Liturgiam Ecclesiæ Anglicanæ. A quibus siqui abfuerint, mulcta, pro arbitrio Vice-Cancellarii vel Procuratorum, ad usum Vniversitatis applicanda, irrogetur.

Post finitas verò Preces in Vigilia Dominicæ Palmarum, Junior Procurator ad Determinatores Orationem habe-

habebit, in quâ tum errores in Doctrina, illâ Quadrageſimâ admiſſos, tum in moribus delicta ſeverè increpabit; præſertim, ſi qui tumultus, rixas, aut pugnas concitaverint, eis facinorum ſuorum atrocitatem ob oculos ponet; ſimul hortabitur, ut in poſterum modeſtiùs ſe gerant: Quotquot verò in diſputando ſubtiles, & acutos, & in univerſum modeſtos & pacificos ſeſe præbuerint, eos dignè pro meritis collaudabit. Tit 6. Sect. 2.

De Claſſibus Determinantium ordinandis; Et de tempore Diſputationibus Quadrageſimalibus præſtituto. 8.

STatutum eſt, quòd diebus Jovis & Veneris, diem Carnis-privii immediatè ſequentibus, licebit Collectoribus, tot Determinaturos, ad Reſpondendum pro Forma, extra ordinem vel Claſſem aſſignare, ut ſuperſint, pro numero Scholarum, tot ex præcipuis

Tit. 6. Sect. 2.

cipuis Determinatoribus, ut singuli suis vicibus bis intra spatium XL æ. respondeant; Nisi fortè, propter imparem dierum numerum, necesse sit aliquando aliquas Classes ter respondere: Reliquis autem, qui in Classes commodè conferri non poterunt, assignentur ad respondendum pro Forma dies Iovis & Veneris immediatè sequentes diem Cinerum, & tempus pomeridianum reliquorum Dierum, in quibus habentur Disputationes antemeridianæ. In quibus ita disponantur, ut singuli bis pro Forma respondeant in Scholis Artium, quoadusque illæ suffecerint; Reliqui verò in Schola Theologica. Illud insuper in ordinandis Classibus servent Collectores, ne in diversas Classes seipsos referant; Sed in eâdem secum Classe (quoad fieri poterit) Generosos omnes & eminentioris conditionis Baccalaureos locent, quibus plerunque Dies gratiosi indulgeri solent; ne distractis in varias Classes hujusmodi Baccalaureis, frequentior Dies Gratiosos péten-

petendi occaſio miniſtretur: In quo ſi deliquerint Collectores, pœna eſto pro arbitrio Vice-Cancellarii vel Procuratorum. Tit. 6. Sect. 2.

Ordo Diſputandi, ſive Claſſes à primo die Lunæ ipſius Quadrageſimæ inchoentur; & uſque ad diem Veneris incluſivè qui proximè præcedit Dominicam Palmarum, continuentur.

Diebus Lunæ, Martis, Mercurii, & Iovis, ordinariè quidem Diſputationes pomeridianæ habeantur, & Baccalaurei Determinaturi hora prima, ſtatim à parvæ Campanæ pulſatione, Scholas ingrediantur, nec ante horam quintam recedant.

Singulis diebus Veneris, & in Feſtorum Vigiliis, necnon aliis diebus in quibus Congregationes Magiſtrorum Regentium habentur, Antemeridianæ Diſputationes ab horâ nonâ incipiant, & horâ duodecimâ terminentur, niſi dies fuerit Gratioſus; in quo horâ undecimâ Diſputationes claudere fas eſt.

Finitis à quovis die Diſputationibus

Tit. 6. Sect 2.

nibus, ad parvarum Campanarum sonitum, discedant ad unum omnes, nec diutiùs in Scholis ullatenus moram trahant: sub pœnâ 20. s. Vniversitati numerandorum, absque rationabili causâ per Vice-Cancellarium approbandâ.

§. 9.

De Formâ in Determinatorum Disputationibus observandâ.

STatutum est, quòd Baccalaurei Determinantes, singuli in Scholis, Classibus, & diebus sibi præstitutis, & integro tempore per Statuta requisito, per se & non per alium respondeant: Ad quæ singula præstanda obligentur, cautione sive pecuniariâ, sive Fide-jussoriâ ad valorem 20. s. penes Vice-Cancellarium depositâ antequam præsententur ad determinandum.

Diebus Lunæ, Martis, Mercurii, ac Iovis, quæstiones Logicales discutiendas proponant, quas secundum Aristotelem

ristotelem (cujus suprema sit authoritas) defendant. Tit. 6. Sect. 2.

Diebus autem Veneris, duntaxat ad Problematibus Grammaticalibus, Rhetoricis, Politicis, vel Moralibus disputationes habeant: & in Grammaticis quidem antiquos & receptos Authores; in Rhetoricâ, Politicâ, & Morali Philosophiâ, Aristotelem similitèr, totâmque Peripateticorum Doctrinam pro virili defendere teneantur; sub pœnâ quòd, si quis secùs fecerit, ejus Responsio minimè sibi cedat pro Forma; & insuper mulctetur quinque solidis, totiès quoties.

De Disputationibus apud Augustinenses. §. 10.

QVilibet Baccalaureus in Artibus, post plenam ipsius Determinationem, semel quotannis in Augustinensibus Disputationibus (quolibet die Saturni in pleno Termino, in Scholâ Naturalis Philosophiæ, tempore pomeridiano

Tit. 6. Sect. 1.

meridiano ab horâ primâ usq; ad tertiam habendis) Respondere vel Opponere teneatur, si per Collectores ad hoc munus deputatos ante quindenam legitimè prænmonitus, & requisitus fuerit: Hoc est, si ante quindenam nulli pro Formâ Disputaturos se Collectoribus offerant, & Baccalaurei quotquot, monito Seniores fuerint, omnes suis vicibus prius perfuncti fuerint.

Si quis recusaverit, si per semissem Anni immediatè præcedentem nec Disputaverit nec Responderit, eo ipso nec Auditio, nec Lectio aliqua, nec Actus quivis Scholasticus in eadem Facultate, eo Anno hujusmodi recusationem præcedente in quo Actus exercuit Scholasticos, nec pro sequenti Anno, quo tales facturus est Actus, sibi quovis modo cedat pro Formâ.

Senior, qui scilicet prius præsentatus & admissus fuerit, Respondendi aut Opponendi optionem habebit, nisi Disputantium alter filius fuerit Baronis, suffragii jus in superiori Parliamenti

liamenti Domo habentis, ſeu qui ad valorem 40.lib. de proprio poteſt diſpendere. Quoniam verò Dies Saturni hiſce Diſputationibus aſſignati ſingulis pro Forma Diſputaturis non ſufficiunt, licebit Magiſtris Scholarum (ſi ſingulos dies Saturni, intra menſem proximè ſequentem, ab aliis pro Forma diſputaturis præoccupatos certò noverint) Dies etiam Mercurii, hiſce Diſputationibus pro Formâ aſſignare. Quod ſi neque hi Dies diſputaturis pro Formâ ſuffecerint, & unus è Magiſtris Scholarum ſub Chirographo ſuo (palàm in Domo Congregationis recitando) teſtatum fecerit, ſingulos Dies hiſce Diſputationibus aſſignatos, ad finem uſque Termini, jamdudum ab aliis pro Forma diſputaturis præoccupatos eſſe; præſenti Statuto permittitur Diſpenſationem proponere (non alitèr) ut liceat alio quovis Die, (poſt elapſos ſeptem Dies à tempore petitæ Diſpenſationis) horâ & loco conſuetis, ſub præſidio Magiſtri Scholarum (non alterius cujuſ-

Tit. 6. Sect. 2.

Tit 6. Sect. 2

vis) pulsatâ priùs pro more Campanâ, in Augustinensibus respondere vel opponere.

Atque ut Problematis materia ibidem disputanda melius omnibus innotescat, ante triduum Respondens Qnæstiones suas, valvis utriusq; magnæ seu exterioris Portæ Scholarum affigendas curabit: Et ante septem dies Magistro Scholarum in Augustinensibus moderaturo exhibebit: Qui secus fecerit, ei Responsio sua minimè cedat pro Forma.

---

§. 12. *De Baccalaureorum Disputationibus Quodlibeticis.*

STatutum est, quòd antequam licentiam quisquam obtineat Incipiendi & legendi in Facultate Artium, semel, post completam Determinationem Quadragesimalem, alicui Magistro Regenti, in Disputationibus Quodlibeticis, Habitu Gradui competente indutus, in tribus Quæstionibus Respon-

pondebit : & ad quamlibet aliam à quocunq; Disputaturo propositam. Tenetur autē respondere alicui Magistro Regenti juxta Statuta prænonito ad hoc munus obeundum; nisi sub Chirographo Magistrorum qui intra duas hebdomadas sequentes pro Termino disputaturi sunt, constet iis omnibus prospectum esse de Baccalaureis pro Forma responsuris, qui proximis Comitiis incipere intendunt; Quo in casu (non aliter) permittitur Domui Congregationis dispensare, ut liceat quolibet die disputabili instantis vel sequentis hebdomadis sub quolibet Magistro hora & loco consuetis in Quodlibeticis pro Forma respondere.

Tit 6. Sect. 2.

Hæc autem Responsio ei cedat pro Forma, & inter conditiones præstitas & ad Gradum Inceptoris in Artibus requisitas, in Formula petendæ Gratiæ reponetur.

Tit. 6. Sect. 2. §. 13

De sex Lecturis solennibus habendis ante Licentiationem in Artibus.

CVm ante Licentiationem in Artibus, iuxta antiqua Statuta, teneantur singuli præscriptos quosdam Libros curſoriè legisse, quas lectiones sine fructu aut commodo audientium vel legentium habitas fuisse, frequenti experientia deprehensum est; In posterum, singuli Incepturi, sex solennes Lectiones, tres in Naturali Philosophia, tres in Morali pro Forma habere teneantur in Scholis publicis, inter horas primam & secundam, intra Terminum, præcunte parvæ Campanæ pulsatione. Tenentur autem singuli per majorem partem horæ, legere, idque de suo; Lecturas non aliundè mutuantes, aut ex Authoribus transcribentes. Et hoc ipsum, inter præstitas conditiones Gratiæ petitioni annexas, numeretur.

Tit. 6. Sect. 2. §14

De Regimine Scholarum in genere, quoad Exercitia in Artibus ibid: præſtanda.

TAmetſi Procuratoribus ipſis ſecundum antiquas Conſuetudines, Scholis & Exercitiis Artiſtarum præeſſe incumbat, quoniam tamen qualiſcúnque ipſorum diligentia eſtræni Juvenum licentiæ compeſcendæ haud ſufficit, (qui ad Scholas ſæpiùs otiandi, rixandi, aut pugnandi quàm diſputandi cauſâ catervatim confluere ſolent) ideò in ſubſidium Procuratorum viſum eſt Academiæ, antiquitùs Magiſtros Scholarum, & nuper admodum aliquot è Magiſtris neceſſariò Regentibus advocare, qui omnes ſimul junctis operis providerent, ut in Exercitiis Artiſtarum pro Forma præſtandis, omnia ritè ſecundum Statuta, decenter & pacificè fierent. Qui etiam curabunt, ne qui inter legendum aut diſputandum in Scholis ipſis, ſive in Areâ Scholarum deambulent, aut

Tit. 6. Sect. 2.

inter disputantes medios se ingerunt; ne qui interstrependo aut Pedum supplosione disputationes interrumpant; ne qui sive singuli sive catervatim stipati, alios ex adversâ parte impellere; aut hinc inde trudere præsumant; ne qui illic pugnas, rixas aut tumultus concitent; denique ne qui (intermissis disputationibus) fabulis & garriendo tempus terant; potando multò minùs. In quibus qui deliquerint, Magistri Scholarum, ac etiam Magistri Regentes corripiant, & in ordinẽ cogant. Quòd si qui ipsorum monitis sive imperiis immorigeros se præbeant, eos eorúmve nomina ad Vice-Cancellarium vel Procuratores deferant, pro arbitrio ipsorum puniendos sive mulctandos.

SECT.

Tit. 6. Sect. 3.

SECT. III.

DE TEMPORE & Exercitiis Requiſitis ad Gradus in Muſica capeſſendos.

Quot Anni ponendi ſint in ſtudio vel praxi Muſices, pro Gradu Baccalaureatus in Muſica. §. 1.

STatutum eſt, quod, qui Muſicæ dat operam, antequam Gradum Baccalaurei in illa Facultate conſequatur, ſeptem annos in ſtudio vel praxi Muſices ponat, &

Tit. 6. Sect. 3.

id ipsum sub Chirographis hominum fide dignorum testatum afferat.

§. 2.

De Exercitiis pro Gradu Baccalaurei in Musica præstandis.

STatutum est, quòd qui ad Baccalaureatum in Musica promoveri cupit, priusquam pro Gratia sua supplicet, unum Canticum quinque Partium componat, quod in Schola Musicæ (alio quovis die, quam illo qui ordinario ad praxin Musicam designatus est) publicè tam vocibus quam instrumentis Musicis, exhibeat; sed priùs, valuis utriusq; Magnæ Portæ Scholarum, ante tres dies, affixo programmate, diem ac horam futuri speciminis significet.

Quot

Tit. 6. ſect. 3. §. 3

Quot Anni ponendi in ſtudio vel praxi Muſicæ, pro Gradu Doctoris in Muſica.

STatutum eſt, quòd Baccalaureus Muſicæ, priuſquam ad Doctoratum promoveatur, quinq; Annos, poſt ſuſceptum Gradum, in ſtudio vel praxi Muſicæ ponat; Et id ipſum ſub Chirographis hominum fide dignorum teſtatum afferat.

De Exercitiis per Inceptorem in Muſica præſtandis. §. 4.

STatutum eſt, quòd Baccalaureus Muſicæ, priuſquam ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur, unum Canticum ſex, vel octo Partium componat, quod in Schola Muſicæ, tam vocibus quam inſtrumentis etiam Muſicis (alio quovis die, quam illo qui ordinarió ad praxin Muſicam deſignatus eſt) publicè exhibeat; Sed prius, valuis

Tit. 6. Sect. 1.

valuis utriusq; Magnæ Portæ Scholarum, ante tres dies, affixo programmate, diem ac horam futuri specimi-nis significet. Quibus Exercitiis per eundem præstitis, per publicum ejusdem Facultatis Prælectorem Heytherianum, aut alium quemvis per eundem assignatum, Gratia ipsius in Venerabili Domo Congreg. proponatur; quâ concessâ, per alterutrum Professor. Savil. (qui ad hoc alternis præstandum tenentur) vel per alium quemvis in Artibus Magistrum ab iis deputatum, ad Gradum præsentetur.

SECT.

SECT. IV.

DE TEMPORE ET Exercitiis Requiſitis ad Gradus in Iure Civili capeſſendos.

Quot Anni, in audiendo Profeſſore publico Juris Civilis ponendi, requirantur ad Gradum Baccalaurei in Jure Civili. §. 1.

STatutum eſt, quod, qui Juri Civili ſtudet, antequam Baccalaureatum in illa Facultate conſequatur, ſi ſit Magiſter Artium, per tres annos integros (numerandos à

Tit. 6. Sect. 4.

à die suæ admissionis ad Regendum audiat publicum Juris Civilis Professorem. Si quis verò Juri Civili det operam, qui non sit Magister Artium; per quinquennium completum, Publicum Juris Civilis Prælectorem diligenter & attentè audiat.

Quodq; per Biennium in Academia, Dialecticæ, Morali Philosophiæ, & Politicæ, aliisq; Humanioribus Literis incumbat, priusquam Quinquennium in studio Juris ponere incipiat; nisi per Statuta Collegii in quo moratur, citius ad Juris studium se convertere teneatur.

§. 2.

Exercitia pro Gradu Baccalaureatus in Jure Civili præstanda.

STatutum est, quod is, qui ad Baccalaureatum in Jure Civili promoveri cupit, priusquàm pro Gratiâ suâ supplicet, bis in Disputationibus Juridicis pro Forma, Opponentis Principalis (id est primo vel secundo loco,

to Disputantis) munere fungatur; Et semel per duas horas in Schola Jurisprudentiæ pro Forma, scilicet ab hora prima pomeridiana ad tertiam, respondeat. Tit. 6. Sect. 4.

Quòd si desit, qui pro Forma ad consequendum Gradum Opponat, liceat publico Prælectori, vel ejus vices gerenti, Opponentis officium sustinere.

Nec hujusmodi Disputatio cuiquam cedat pro Forma, nisi Quæstiones suæ, unà cum nominibus Respondentis, & Opponentis, per septem dies ante Disputationem affigantur valvis utriusq; exterioris Portæ Scholarum; ac insuper, muris Collegii Omnium Animarum & Oriel, quâ Australis & Occidentalis parietes, Plateam versùs, in Angulos coëunt.

Tit. 6. Sect. 4. §. 3

Quot Anni in audiendo PVBL. PROF. JVR. CIV. ponendi requirantur ad Gradum Doctoris in Jure Civili.

STatutum est, quòd, qui ad Doctoratum in Jure Civili promoveri cupit, si, postquàm in Artibus Magister fuerit, Gradum Baccalaurei in Jure Civili susceperit, quatuor Annos integros (numerandos à die suæ admissionis ad Gradum prædictum) publicum Prælectorem Iuris Civilis audiet, priusquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur.

Alioquí, si Baccalaureus in Iure fuerit, antequam incipiat in Artibus, (sive Statutis privati Collegii sic exigentibus, sive suâ ipsius oprione factum fuerit) quinque Annos integros in audiendo Publico Professore Iuris Civilis ponere teneatur, priusquam Incipere permittatur.

Tit. 6. Sect. 4. §. 4.

Exercitia pro Gradu Doctoris in Jure Civili præstanda.

STatutum est, quòd Baccalaureus Juris Civilis, priusquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur, vel sex solennes Lectiones, ab horâ primâ pomeridianâ usque ad secundam, totidem diebus publicè leget, in quibus quamcunque velit totius Corporis Juris Civilis partem explicet, vel aliquem è Titulis de Judiciis, de Probationibus sive de Re Judicatâ, in Digestis vel Codice, tribus ad minimum Lectionibus cursoriè exponet. Et priusquàm vel solenniter vel cursoriè legere inceperit, programma, subjectum & tempus legendi indicans, ante triduum curabit affigi valvis utriusque exterioris Portæ Scholarum, ac insuper Muris Collegii Omn. Animarum, ac Oriel, qua Australis & Occidentalis parietes Plateam versus in Angulos coëunt.

SECT.

Tit. 6. Sect. 5.

SECT. V.

De Tempore & Exercitiis Requisitis ad Gradus in Medicina capessendos.

1. *Quot Anni, in audiendo publico Professore Medicinæ ponendi, requirantur ad Gradum Baccalaurei in Medicina.*

STatutum est, quòd, qui Medicinæ dat operam, antequàm Baccalaureatum in illâ Facultate consequatur, Gradum Magistri in Artibus suscipiat; Et postquam

quam in illa Facultate Inceperit, publicum Medicinæ Prælectorem, per triennium integrum (numerando à die suæ admissionis ad Regendum) diligenter & attentè audivisse teneatur. Tit. 6. Sect. 5.

Exercitia pro Gradu Baccalaurei in Medicinâ præstanda. §. 21

STatutum est, quòd is qui ad Baccalaureatum in Medicinâ promoveri cupit, priusquàm Gratiam proponat, in duabus Quæstionibus, ab hora prima pomeridiana, usque ad horam tertiam, in Schola Medicinæ assignata solennitèr pro Forma semel respondeat; & semel opponat. Quódque is, qui senior est, si velit, Respondentis locum habeat; nec plures quàm duo, eodem die, pro Forma opponere permittantur.

Quòd si desit, qui pro Forma ad consequendum Gradum opponat, liceat publico Prælectori, vel ejus vices gerenti,

Tit. 6. Sect. 5.

renti, Opponentis officium sustinere.

Nec hujusmodi Disputatio cuiquam cedet pro Forma, nisi Quæstiones suæ, una cum nominibus Respondentis & Opponentis, per 7. dies ante Disputationem, affigantur valvis utriusque exterioris Portæ Scholarum, ac insuper muris Coll. Omn. Anim. & Oriel, quà Australis & Occidentalis parietes, Plateam versùs, in Angulos coëunt.

---

§. 3

Quot Anni, in audiendo publico Medicinæ Professore ponendi, ad Incipiendum in Medicinâ requirantur.

STatutum est, quòd, qui ad Doctoratum in Medicina promoveri cupit, post Gradum Baccalaurei in Medicina susceptum, per quatuor annos integros publicum Prælectorem Medicinæ audiat, priusquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur.

Exercitia

Tit. 6. Sect. 5. §. 4

Exercitia pro Gradu Doctoris in Medicinâ præſtanda.

STatutum eſt, quòd Baccalaureus Medicinæ, priuſquàm ad Incipiendam in eadem Facultate admittatur, vel ſex ſolennes Lectiones, ab horâ primâ pomeridianâ uſque ad ſecundam, totidem diebus, publicè legat; (in quibus, quamcunque velit Galeni partem explicet) vel aliquem ex his Galeni Libris; nimirùm Librum unum de Temperamentis, de Differentiis Febrium, de Uſu Partium, vel de Affectis locis, tribus ad minimum Lectionibus curſoriè exponat.

Priuſquàm verò, vel ſolennitèr, vel curſoriè, legere exordiatur, tempus in quo lecturus eſt, & ſubjectum de quo leget, ante triduum ſignificabit, programmate affixo valvis utriuſque exterioris Portæ Scholarum, ac inſuper muris Coll. Omn. Animarum, & Oriel, quà Auſtralis & Occidentalis Parietes, Plateam verſus, in Angulos coëunt.

Tit. 6. Sect. 6.

SECT. VI.

De TEMPORE ET Exercitiis Requisitis ad Gradus in Theologiâ capessendos.

§. 1. *Quot Anni in audiendo publico Theologiæ Professore ponendi, requirantur ad Gradum Baccalaurei in S. Theologiâ.*

STatutum est, qui S. Theologiæ dat operam, antequàm Baccalaureatum in illa Facultate consequatur, Gradum Magistri in Artibus suscipiat,

suscipiat, & postquàm in illa Facultate Inceperit, publicum S. Theologiæ Prælectorem, per septennium completum (numerando à die suæ admissionis ad Regendum) audivisse teneatur. Tit. 6. Sect. 6.

Exercitia pro Gradu Baccalaurei in S. Theologiâ præstanda. §. 2.

STatutum est, quod is, qui ad Gradum Baccalaurei in S. Theologia promoveri cupit, priusquàm Gratiam proponat, bis in Disputationibus Theologicis, pro Forma Opponentis Principalis, (id est, primo vel secundo loco Disputantis) munere perfunctus fuerit, & semel per duas horas in Schola Theologica pro Forma responderit.

Quódque ante hujusmodi Disputationes, Quæstiones, unà cum nominibus Opponentium & Respondentis, per septem dies integros, significentur Programmate affixo valvis

Tit. 6. Sect. 6.

utriusq; extrerioris Portæ Scholarum, ac insuper muris Coll. Omn. Animarum, & Oriel, quà Australis & Occidentalis Parietes, Plateam versùs, in Angulos coëunt.

Insuper statutum est, quòd unusquisque ad Gradum Baccalaurei in S. Theologia admittendus, priusquàm Gradum susceperit, Concionem Latinam in Ecclesia B. Virg. Mariæ, per se, & non per alium, palàm habere teneatur.

Hâc tamen cautione servatâ, ne quis ante quinquennium completum à susceptо Magistrali Gradu, (idem quoque sacris Ordinibus initiatus) Concionem hujusmodi habere permittatur. Cauto insuper, ne Concio Latina, habita vice alterius cujuscunque, cedat cuiquam pro Forma.

Quot

Tit. 6. Sect. 6. §. 3

Quot Anni, in audiendo publico Theologiæ Professore ponendi, requirantur ad Incipiendum in S. Theologia.

STatutum est, quod, qui ad Doctoratum in S. Theologia aspirat, post susceptum Baccalaurei in Theologia Gradum, per quatuor Annos integros Publicum Theologiæ Prælectorem audiat, priusquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur.

---

§. 4.

Exercitia pro Gradu Doctoris in Sacra Theologia præstanda.

STatutum est, quod Baccalaureus S. S. Theologiæ, antequàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur, publicè in Schola Theologica, ab hora prima usque ad secundam, Latinè solennitèr sexies legat, & explicet quamcunque velit S. Scripturæ partem: vel aliquam ex istis, quæ sequuntur,

Tit. 6. Sect. 6.

quuntur, Apostolicis Epistolis; Scilicet ad Galatas, vel unam aliquam ad Timotheum, vel ad Titum, vel unam S. Petri, tribus scilicet curſoriis Lectionibus ad minimum explicet. Priusquàm verò vel solenniter, vel curſoriè legere exordiatur, tempus quo lecturus est, & subjectum de quo leget, ante tres dies significabit, programmate affixo valvis utriusque exterioris Portæ Scholarum, ac insuper Muris Coll. Omnium Animarum, & Oriel, quà Australis & Occidentalis parietes, Plateam versùs, in Angulos coëunt.

Quomodo

Tit. 6. Sect. 7.

SECT. VII.

Quomodo, & unde computandum ſit Tempus, ſingulis Gradibus capeſſendis præſtitutum.

QVoniam Tempus ſingulis Gradibus capeſſendis præſtitutum, aliàs Annorum, aliàs Terminorum numero, in his ipſis Statutis exprimitur (ne qua inde cavillandi anſa ſubminiſtretur) præſenti Statuto cautum eſt, quòd, ubicunque Tempus Gradui cuivis præſtitutum per Annos computatur, eadem temporis Menſura, in Terminos reſoluta (ſingulis Annis quatuor Terminos deputando) præſtituta eſſe intelligatur. Utpote, ubi tres Anni requiruntur, duodecim Termini; ubi quatuor, ſedecim Termini intelligendi ſunt; & ſic in cæteris.

Inſuper in iis Gradibus, qui à non-Graduatis primò ſuſcipiuntur, Tempus hujuſmodi Gradui præſtitutum, à tempore

Tit. 6. Sect. 7.

tempore Matriculationis computandum est; Quòd si quis Vacationis tempore Matriculetur, à Termino Matriculationem suam sequente, Terminos ad Gradum requisitos computabit.

In iis verò Gradibus, qui à Baccalaureis cujuslibet Facultatis capessuntur, a tempore Præsentationis ad Gradum Baccalaurei in eadem Facultate.

In iis tandem Gradibus, qui Gradum Magistralem præsupponunt, à tempore admissionis ad Regendum, computandum erit Tempus.

Denique quoniam haud pauci singulis Terminis, unum aut alterum Diem in Vniversitate commorantes, Officio suo & Statutis satisfeciſſe, & VEL SIC Terminos ad Gradum requisitos compleviſſe se putant; Statutum est, quòd nemo Terminos ad Gradum suum requisitos compleviſſe reputandus sit, nisi qui singulis Terminis, Michaëlis & Hilarii per integrum Mensem; Termino autem Paschatis

Tit. 6. Sect. 7.

ſchatis per tres Septimanas; Termino demùm Trinitatis per duas Septimanas in Vniverſitate commoratus fuerit, & Exercitia juxta Statuta ibidem frequentaverit. Excepto ſemper Termino, in quo quis Gradum ſuſcepturus eſt, cujus primus Dies, juxta receptam antiquitus conſuetudinem habetur pro Termino completo. Excepto etiam Termino in quo quis primùm ad Academiam accedens Matriculatur, cujus ultimus Dies pro integro Termino reputatur.

Tit. 7. Sect. 1.

De Generali Inceptione in singulis Facultatibus, sive de Vesperiis & Comitiis.

Statuta specialia ad Vesperias & Comitia, pertinentia.

§. 1. *De Prælectionibus in Vesperiis, & quòd Inceptores circumeant singulas Scholas.*

STatuit Universitas, quòd, prout hactenus usitatum fuerit in Vesperiis, die Saturni ante Meridiem, singuli Prælectores in Artibus Lectiones

Tit. 6. Sect. 1.

nes solennes habeant. Quarum solennitati ut accedat nonnihil, decretum est, quod singuli Professores Habitu solenni induti, Doctores, si qui fuerint, cum Capis & Caputiis coccineis, & Pileis Gradui competentibus; Magistri verò in Artibus, cum Togis Statuto conformibus, & Capis, ac Caputiis, obverso sive Serico sive Minutovario, etiam Pileis induti, horâ octavâ, ad Sacellum Boreale Templi Beatæ Mariæ accedant: unde, simul ac omnes convenerint, præeuntibus Bedellis Facultatis Artium, omnes unà ad Scholas procedant, ac, quisque Suam capessat.

In reliquis verò Facultatibus, Lectores solenni Habitu induti, in Scholis sibi assignatis, horis consuetis legant. Præterquam quod Professor Margaretæ, qui aliàs horâ nonâ legere consuevit, hodie horâ octavâ leget, in Schola itidem Theolog: Professor verò Medicinæ, & Linguarum Hebraicæ & Græcæ, Historices itidem Professores, hodie omnes simul horâ nona

Tit. 7. Sect. 1.

nona Antemeridiana legent. Dum hæ Lectiones habentur, inter Horam octavam & nonam, Inceptores univerſi in ſingulis Facultatibus, Habitu competente induti, Doctores creati, Inceptores verò reliqui Crepidis & Socculis induti, omnes aperto capite, Bedellis præeuntibus, Scholas ſingulas tempore Lectionum circumeant, & per Bedellum Facultatis Scholæ in quâ legitur, Prælectorem, ut velint Veſperiis & Comitiis intereſſe, rogent. Qui abſque ulteriore verborum apparatu aut circuitu reſpondebit, Interero.

Quódque inſuper Inceptores in Theologiâ, Iuriſprudentiâ, & Medicinâ, Profeſſores ſuos orent, ut paternam Benedictionem ipſis impertiri dignentur; Qui eorum petitionibus annuentes, ſinguli ſuis Inceptoribus benedicent; excepto ſolo Profeſſore in S. Theologiâ, qui Inceptoribus etiam aliarum Facultatum, ex æquo, Benedictionem impertietur.

De

Tit. 7. Sect. 1. §. 11

De Precibus ſolennibus, & Oblationibus, in Die Comitiorum.

IN die Comitiorũ, Moris eſt, ut, poſt pulſationem parvæ Campanæ, circa horam nonam Matutinam, ſinguli Inceptores in quâlibet Facultate, per Bedellos ſuæ Facult. à Collegiis & Aulis deducti, in Capella Orientali Eccleſiæ B. Mariæ Virg. unà conveniant; iiſque ſic congregatis, Preces Divinæ ab ejuſdem Eccleſiæ Parœcialis Vicario, aut illius Deputato, ſolennitèr habeantur: Quibus peractis, primùm Vice-Cancellarius, poſtea ſinguli Inceptores in Facultatibus, deinde Procuratores, Bedellis præeuntibus, ad Menſam Euchariſtiæ ſacram, cum debita reverentia, Oblationes faciant. Quòd ſi quis à Precibus ſolennibus, & Oblationibus, abſens fuerit, aut, præſens cum debitâ reverentiâ ad Menſam Euchariſtiæ ſacram accedere recuſaverit, puniatur pro arbitrio Vice-Cancellarii, ac inſuper mulctetur 5.s.

Quæſtiones

Tit. 7. Sect. 2. § 2

Quæstiones in singulis Facultatibus, discutiendæ in Vesperiis & Comitiis, Judicio Congregationis approbandæ.

CVm præ novandi libidine, & opinandi, quæ quis velit, licentiâ (quam sibi privatim quisq; arrogat) nova indies Opinionũ portenta procudi, usu compertum sit; Ne in publicum quoq; serpat hæc labes, salubri consilio provisum est, ut Theses in quâlibet Facultate, cum in Vesperiis, tum in Comitiis discutiendæ, in Domo Congregationis, per congruum temporis spatium ante Comitia proponantur; nec ullæ defendantur, nisi quæ maturo illius Domûs Iudicio approbatæ fuerint; Vtpote quæ nec periculosam materiam sapiant, & benignam disputandi materiam suppeditent, ut non necesse sit ad altercationes & cavilla confugere. In Facultate verò Artium, Quæstiones ex intimis Philosophiæ penetralibus, & non aliundè,

unde, desumantur; Nec Exotericas ullas proponi permittat Vice-Cancellarius. *Tit. 7. Sect. 2.*

In Iurisprudentia autem (quia Iuris Civilis studiosos decet, haud imperitos esse Iuris Municipalis, & differentias exteri Patriique Iuris notas habere) inter Quæstiones Comitiales eligatur una, quæ cum Iure Municipali aliquid affine habeat; In quâ, quid Ius Civile, quid Regni Angliæ Ius teneat, Professor Iuris Civilis in Præfatione sua, Creationi Inceptorum præmissa doceat, definiat, determinétque. In singulis denique Facultatibus Orationes præluforiæ ad Disputationes sint perbreves; & nisi memoritèr recitentur continuò à Procuratoribus abrumpantur.

Habitus Vesperiales & Comitiales, Inceptorum in Artibus. §. 4.

CVm ex frequentia Inceptorum, Habitu solenni indutorum, cohonestetur

Tit. 7. Sect. 2

nestetur Academia, singuli Inceptores in Artibus, in Vesperiis Facultatis suę, Togis laxè manicatis, Capis & Caputiis ex Serico, & Crepidis ac Socculis induti, nudis Capitibus, interesse sub pœnâ 3.s.4.d. ibique quoad Exercitia peracta fuerint, permanere teneantur. Etiam, in die Comitiorum, eodem modo sub pœnâ eâdem interfint; præterquam quòd pro Caputiis Sericis, Caputiis ex Minuto-Vario (Anglicè *Miniver*) induti incedent.

§. 5.

Habitus Inceptorum in aliis Facultatibus.

INceptores in Musica, in Vesperiis & Comitiis, Togis manicatis, cum Capis albis Damascenis undulatis, Pileisque rotundis holosericis utantur.

Inceptores in Medicinâ & Iurisprudentiâ, Capas coccineas cum Caputiis itidem coccineis, Serico cujusvis intermedii coloris subfutis, & Pileos

leos ex holoſerico rotundos geſtent. *Tit. 7. Sect. 2.*

Inceptores in Theologiâ, Capas itidem coccineas cum Caputiis ſimilibus, Serico tamen nigri coloris ſubſutis, & Pileos Quadratos habeant.

Singuli Inceptores, donec ſolennitèr creati fuerint, capitibus apertis in publico ſedeant, & incedant, ſub pœnâ 3.ſ. 4.d.

De Sedilibus Inceptorum & Extraneorum non occupandis. §. 7.

CAutum eſt, quod in Veſperiis & Comitiis, necnon in Concionibus inter Veſperias & Comitia, Iuniores Senioribus locum cedant; præcipuè, ne Inceptoribus aut Extraneis, quibus de Conſuetudine Locus provideri ſolet, quiſquam Locum præripiat. In quo, ſi qui deliquerint, Dominus Vice-Cancellarius, vel Procuratores, pro arbitrio eos caſtigandi poteſtatem habeant; nec non in ſubſidium alios Magiſtros in Artibus ad-

Tit. 7. Sect. 2.

vocandi, qui, indebitè locum occupantes ſubmovendo, ipſis ſuppetias ferant. Si quis verò immorigerum ſe præbeat, vel Vice-Cancellario, vel Procuratoribus, vel Magiſtris aſcitis, pœna eſto arbitraria.

De

Tit. 9. Sect. 2.

De Examinandis Graduum Canditatis per Magiſtros neceſſariò Regentes.

De Examinandis iis qui Gradus in Artibus capeſſunt, aut in Iuriſprudentia, priuſquàm in Artibus inceperint. §. 1.

QVò exploratior ſit Congregationi Regentium, eruditio ac in bonis Literis progreſſus ſingulorum, qui Gradus in Artibus capeſſunt; aut in Iuriſprudentia, priuſquàm in Artibus inceperint: Statutum eſt, quòd unuſquiſque antequàm ad ſupplicandum pro Gratia admittatur, Magiſtrorum Regentium Examen ſubeat.

Tit. 9. Sect. 2.

Ne verò turba Candidatorum, huic Examini seſe offerentium, Examinatoribus moleſta ſit & oneroſa; Statutum eſt, in unoquovis die, plures quàm Sex ad Examen admittendos non eſſe.

Quem Diem præſtituendi poteſtas ſit penès Seniorem Procuratorem, qui ſingulis Examinandis, diem certum, quo Examen ſubire debeant, ſub Chirographo ſuo teſtatum aſſignabit: Hâc tamen cautione, ut unicuique Candidatorum Senario, diſtincti dies aſſignentur; & nomina ipſorum, unà cum die aſſignato, referantur in Regiſtrum, eum in finem penès Procuratorem perpetuò adſervandum. Cauto inſuper, ut Examinandis Dies eum in modum aſſignentur, ut ſub Examen Regentium, qui ex eadem cum ipſis Domo ſunt, minimè cadant.

Examinandus quiſque, poſt præſtitutum à Procuratore diem, Examinatores illicò de eo certiores faciet; ac die præcedente Examinationem ſuam (programmate affixo valvis utriuſque

Tit. 9. Sect. 2.

uſque magnæ Portæ Scholarum, ac inſuper muris Collegii Omn. Animarum, & Oriel, quâ Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſùs, in Angulos coëunt) nomen ſuum edet, ac Domum unde eſt, & quem Gradum ambiat.

Hiſcè Examinationibus quemcunq; *Diem* (modò ne Feſtum) in Termino, ſive extra Terminum (ſi numerus Candidatorum hoc ipſum efflagitet) aſſignare fas eſto Procuratori. *Locus* Examinandis Candidatis aſſignatus, eſto Schola Naturalis Philoſophiæ. *Hora* verò quâ ſe Examinandos ſiſtent, Nona Matutina, à quâ uſque ad Vndecimam in illo ipſo Loco perdurabunt: Atque iterùm ab hora prima pomeridiana, ſi Examinatoribus ita viſum fuerit, quouſque illis placuerit.

Artes autem ſeu Scientiæ, in quibus Examinandi erunt, ſint illæ ipſæ, in quibus, & quatenus ſeu quouſque per Statuta Academiæ, Lecturas audiviſſe tenentur. *Authores* inſuper ſint illi ipſi, quos, ſecundum Statuta, Le-

Tit. 9. Sect. 2.

ctores publici Auditoribus ſuis prælegere tenentur: rejectis prorſùs neotericis quibuſcunque Authoribus; quorum ignoratio ne cui ſit fraudi, præſenti Statuto cautum eſto.

Neque verò in Philoſophicis ſolis, (intra quos fines ſtetit anguſta ſuperioris Sæculi eruditio) verùm etiam in Philologicis inſtituatur Examen. Ac præcipuè Examinatoribus explorandum incumbit, quâ quiſq; polleat Facultate, animi ſui ſenſa linguâ Latinâ explicandi. Neque enim ad Artium Baccalaureatum, niſi qui congruè & promptè; nedum ad Magiſtralem Gradum (eíve ſupparem) niſi qui commodè & aptè, in rebus quotidiani uſûs, animi ſui ſenſa linguâ Latinâ explicare valeat, admitti quenquam volumus.

Id quod explorare poterunt Examinatores porrectis Dialogis, ſeu Colloquiis familiaribus linguâ Vernaculâ conſcriptis, è quibus oblatum quemcunque locum ſtatim linguâ Latinâ reddere Examinatus quiſque tenetur: aut

aut alio quocunque demùm modo, quo ſibi commodiùs ſatisfacturos Examinatores probabile eſt, quos juratos de ſingulis Examinatis teſtimonium dicere oportebit. *Tit 9. Sect. 2.*

De mulctandis Delinquentibus circa Examinationes; & de officio ac cura Vice-Cancellarii & Procuratorum circa eaſdem. §. 3.

STatutum eſt, quòd, ſi quem peregrè abeſſe contigerit, quando ipſi Examinandi vices obvenerint, nec (priuſquam Vrbi exceſſerit) è Regentibus quempiam Seniorem Procuratorem allegâſſe, qui ipſius abſentis vices, juratus, obire in ſe recipiat; Procurator, quamprimùm id reſciverit ab Examinando quocunque (ad quod utique tenentur ſinguli) Iuniorem inter Regentes, cui nondum dies ad Examinandum aſſignatus fuerit, vice alterius ſubſtituet: Abſenti verò pœnam 40 *s.* ad uſum Vniverſitatis irrogabit; ſimulque

Tit. 9. Sect. 2.

que, quamprimùm ad Vniverſitatem redierit, ipſum in proximum Examinatorum Ternarium referet. Quòd ſi intra ſpatium Anni, quo neceſſaria Regentia terminatur, non redierit; priuſquam ad ulteriorem Gradum admittatur, Regentiæ actum reſumere, & per integrum Annum continuare tenebitur.

Si quis verò Examinandi munus detrectet; aut Juramenttm præſtare recuſet; injuratúſve quempiam examinaverit; Aut ad diem conſtitutum in Scholâ Philoſophiæ Naturalis præſens eſſe neglexerit; Præſénſve non examinaverit, aut non ſecundum formam Statuto præſcriptam; Aut demum cuivis Teſtimonium perhibuerit, quem non aut ipſe examinaverit, aut ab aliis examinatum audiverit; Procuratores à quocunque ſit delinquente confeſtim mulctam 40 s. in uſum Vniverſitatis exigent. Quòd ſi in delicto contumacitèr perſtiterit, illicò Gradu Magiſtrali privetur & quâcunque ulterioris Gradus capacitate

pacitate ſibi interdictum ſciat. *Tit. 9. Sect. 2.*

Si verò (quòd abſit) penès Procuratorem ſteterit, quò minus Examinatorum quivis juramentum præſtet, puniatur pro arbitrio Vice-Cancellarii.

Quò autem Statuta hæc de Examinandis Candidatis, in futurum ſanctè & inviolabiliter obſerventur, Statutum eſt, quòd unoquoq; Termino Vice-Cancellarius ſaltem vis, Procuratores verò, ſinguli quater ad minimum, Examinationibus illis interſint, exploraturi vtrum omnia rite & ſecundum Statuta peragantur.

SECT.

SECT. III.

DE GRATIIS PETENDIS.

§. 1. *Conditiones prævia ad petitionem Gratiæ ex parte Supplicis.*

STatutum est primò, ne cujusquam Gratia in Venerabili Domo Congregationis proponatur, nisi qui eo ipso tempore, in Matriculâ Vniversitatis nomen inscriptum habeat; &, à tempore Matriculationis suæ, Annos, ad primum quem ambit

Tit.9. Sect.3.

ambit Gradum, requiſitos compleverit; quiq; alicujus Collegii vel Aulæ Alumnus cenſeatur.

Deinde requiritur, ut quilibet Candidatus ſive pro Gradu aliquo ſupplicans, non ſolùm ſit probis moribus, & omnia ad Gradum requiſita rectè compleverit, verùm etiam (ſi Gradum in Artibus capeſſat, vel in Juris-prudentiâ, ſecundum Statuta quorundam Collegiorum, antequam in Artibus inceperit) ut ſecundum Statuta debitum Examen ſubierit, & ab Examinatoribus Teſtimonium reportaverit, à Magiſtro Gratiam ipſius proponente, antè Gratiæ petitionem; vel à Magiſtro Præſentante (ſi Candidatus pro Gratiâ non ſupplicet) antè Præſentationem, palàm in domo Congregationis recitandum.

Ac inſuper, ut in Scholæ Theologicæ Pro-ſcholio, ſtatim à ceſſatione pulſationis Campanæ, ſingulis diebus quibus Gratia proponetur, Habitu Gradui competente, & nudato capite, durante toto tempore Congre-

Tit. 9. Sect. 3.

gregationum, se præsentem sistat.

Quodq; inter supplicandum, suis duntaxit viribus, & meritis nitatur; nec prece, nec pretio, nec muneribus aut promissis, pacto aut conditione, gratiam aut favorem cujusquam captet; nec magnatum literis, ut quicquam sibi pro Formâ requisitum condonetur aut indulgeatur, satagat; cujusmodi ambitûs si convictus fuerit, eo ipso, inhabilis ad omnem ulteriorem Gradum Scholasticum habeatur.

§. 2.

Conditiones propugnendi Gratias.

STatutum est, quòd nemo Magistrorum Gratiam vel Dispensationem quamcunque cujusquam pro gradu supplicantis proponat, nisi fuerit ejusdem Collegii vel Aulæ, cujus is est qui supplicat; præterquam Procuratorum alter, vel alius, cui Vice-Cancellarius licentiam proponendi concesserit.

Quodq;

Tit.9.
Sect.3.

Quòdq; priuſquam Gratiam cujuſquam Examinandi proponat, Teſtimonium Examinatorum de Candidato ſuo palàm in Domo Congregationis recitabit; Quòd ſi non Commorans fuerit, qui Gradum in aliquâ è ſuperioribus Facultatibus ambit; nemo Gratiam hujuſmodi, ſub pœna perjurii, proponere præſumat; niſi priùs literas Teſtimoniales ab Epiſcopo Diœceſeos ubi degit Candidatus, ſic natus, de conformitate ipſius tum quoad doctrinam, tum quoad diſciplinam in Eccleſia Anglicana receptam, palàm in Domo Congregationis recitaverit. Ac poſtmodò è Schedulâ quâdam, formam ſive tenorem Gratiæ continente, Supplicantis nomen, nec non Collegii ſive Aulæ, unde fuerit, exprimet. Et ſi non-graduatus fuerit (cujus Gratia proponitur) quod per integrum tempus ad talem Gradum per Statuta requiſitum, in eo Coll. vel Aulâ (vel alio quopiam) non in Domo privata cujuſquam, victitaverit, & hoſpitatus fuerit.

Item

Tit. 9. Sect. 3.

Item quod plures Gratiæ ſimul ſeu confuſè eodem tempore non proponantur: ſed uuiuſcujuſq; Perſonæ ſupplicantis Nomen & Prænomen diſtinctè ac diviſim recitentur.

Item quod eadem Gratia ſæpiùs in eâdem Congregatione non proponatur:

Item quod Gratia ſit vera, hoc eſt, verâ intentione & non animo deludendi prolata vel petita. Et quod proximis quibuſq; & immediatè ſequentibus Congregationibus Supplicationem ſub eâdem formâ continuet, donec Gratia conceſſa vel denegata penitùs fuerit. Et poſtremò, quod in ſingulis Congregationibus quotâ vice, primâ, ſecundâ, tertiâ, quartâve Supplicetur, publicè retenſeat.

De

Tit. 9. Sect. 3. §. 5.

De Gratiis Simpliciter concedendis, vel negandis.

QUoniam factiosi homines nonnunquam, spretâ Iurisjurandi Religione, conjurant inter se adversus Supplicantes, quos Vitæ ac Eruditionis merita commendant; nec iis Gratias concedere volunt, nisi indignis etiam eadem Gratia fiat: Statutum est, quòd quilibet Regens, Gratiam concessurus vel negaturus, absque comparatione vel relatione Gratiæ ad Gratiam, & absque aliquâ conditione interpositâ, simpliciter & absolutè, eandem vel concedat, vel deneget: Quodque si quis secùs fecerit, illius votum vel suffragium pro nullo habeatur.

Si quis autem pro Gratiâ concedendâ munus aliquod exegisse, vel recepisse, (mediatè vel immediatè) convictus fuerit, à Domo Congregationis perpetuò sit exclusus; & duplum illius, quod sic receperit vel exegerit,

Tit. 9. Sect. 3.

egerit, ad usum Universitatis solvere teneatur.

§. 7.

De causâ Gratiæ ter negatæ ostendendâ, statim post tertiam Congregationem finitam.

CVm vetera Statuta singulis Magistris Regentibus eam concedant libertatem, ut quivis, si modò velit, pro arbitrio suo, ter cujusquam Gratiam, suspendendo, denegare possit; Ordinatum est, quod, quotiescunque Gratia aliquatertio petita, vel ab uno vel à pluribus denegabitur; denegationis causa, Vice-Cancellario & Procuratoribus eodem die ostendetur; & probationes coram eisdem summariè proferentur; Quæ causa, & probatio ejusdem, celato nomine objicientis, in proxima Congregatione publicabitur; &, si Vice-Cancellario, Procuratoribus, & majori parti Regentium justa videbitur, tum Gratia

denegata censebitur; & qui supplicavit, per Annum integrum ad dennò supplicandum inhabilis reddetur. *Tit. 9. Sect. 3.*

Quod si causa allegata, minus justa aut probabilis videatur, Gratia quartò proposita pro concessâ habeatur, nisi Vice-Cancellario, aut Procuratoribus, aut majori parti Regentium videbitur, aliam ob causam, deneganda.

Tit. 9. Sect. 4.

§. 2.

DE Materia Diſpenſabili, in qua Congregationi diſpenſare permiſſum eſt.

Materia in qua Venerabilis Domus Congregationis diſpenſare poteſt, & ſolet, hujuſmodi eſt.

1. PRo abſentia Terminorum duorum, ſi Gradum Baccalaurei in Artibus ambiat quis; trium, ſi Gradum Magiſtralem.
2. Pro ingreſſu in Bibliothecam publicam.
3. Vt Termini, in aliâ Academiâ in ſtudio poſiti, propoſitis in hâc Academiâ habeantur.
4. Pro minùs diligenti publicorum Lectorum auditione.

5. Pro

Tit. 9. Sect. 4.

5. Pro omiſſione Circuitûs & Viſitationis. Hac tamen cautione ſervatâ quoad præſentandos ad Incipiendum in Artibus, quòd diſpenſationi inſerenda ſit clauſula hujuſmodi: *Quatenus Cautionem tempore Circuitûs penès Vice-Cancellarium deponendam jamdudum penes ipſum depoſuerint.*

6. Quòd Circuitus, pridiè ante Terminum inchoatum peractus, ſufficiat.

7. Pro Gratiâ per Magiſtrum alterius Domûs proponendâ, ſi nullus ſit Magiſter in ipſa Domo unde Supplicans eſt.

8. Vt Gratia rata ſit, licet intra tres Congregationes Regiſtrata non fuerit.

9. Vt Gratia ſuperiori Anno conceſſa, rata habeatur.

10. Quod liceat ſecundam vicem ſub Baccalaureo in Quadrageſimâ Reſpondendi, in alteram vicem Reſpondendi in Parviſiis commutare.

11. Vt Gratia conceſſa Baccalaureo,

Tit. 9. Sect. 4.

modò determinaverit in proximâ Quadrageſimâ, rata ſit, & pro ſimpliciter pronunciata habeatur.

12. Vt, elapſo Feſto Ovorum, Baccalaureus ſecundò præſentetur ad Determinandum eâdem Quadrageſimâ, in cauſa ægritudinis, vel extremæ alicujus neceſſitatis.

13. Vt Baccalaureus, qui præteritâ Quadrageſimâ determinare debuerat, ægritudinis, vel extremæ alicujus neceſſitatis interventu impeditus Determinet proximè ſequenti Quadrageſimâ.

14. Vt Diſputationes Antemeridianæ Baccalaureorum in Quadrageſimâ, ad horam Duodecimam continuandæ, horâ undecimâ terminentur.

15. Quatenùs ſub Chirographis Magiſtrorum, qui intrâ duas Hebdomadas ſequentes in Quodlibeticis pro Termino diſputaturi ſunt, ii omnibus de Baccalaureis pro Formâ reſponſuris proſpectum eſſe conſtat, ut liceat ſibi quovis die diſputabili inſtantis vel ſequentis Hebdo-

Hebdomadis, ſub quolibet Magiſtro hora & loco conſuetis in Quodlibeticis reſpondere. *Tit. 9. Sect. 4.*

16. Quatenus ſub Chirographo Magiſtri Scholarum ſingulos dies hiſce Diſputationibus aſſignatos ad finem uſque Termini, ab aliis pro Forma reſponſuris jamdudum præoccupatos eſſe conſtat, ut liceat ſibi alio quovis die (poſt interpoſitos 7. Dies à tempore petitæ Diſpenſationis) hora & loco conſueris ſub præſidio Magiſtri Scholarum (non alitèr) in Auguſtinenſibus reſpondere vel opponere; publicatis ante triduum Quæſtionibus, & præeunte parvæ Campanæ pulſatione.

17. Vt Præſentandus ad Doctoratum in Iure Civili, vel Medicina (in defectu Doctorum) Seniorum Baccalaureorum, vel Inceptorum, depoſitionibus utatur.

18. Vt Magiſter Cumulatus pro habitu Coccineo, nigro & ſolito, poſt peracta præſentationis ſolennia, uti poſſit.

Tit. 9. Sect. 4.

19. Vt Doctores Ocreas, & Magiſtri Crepidas & Socculos, quibus ex antiquo ritu uti tenentur, exuant.

20. Vt Cantabrigienſes, vel alterius Academiæ ſtudioſi eodem ſint Gradu & Statu apud nos, quo apud ſuos ſunt.

21. Vt Terminus prorogetur.

22. Pro neceſſariâ Regentiâ.

Denique ſi quæ alia cauſa ſit his conſimilis; vel, in qua, ſpeciali aliquo Statuto, V. Domui Congregationis, Diſpenſandi poteſtas indulgetur.

SECT.

SECT. V.

DE PRÆSENTATIONIBVS Graduandorum.

De Circuitione & Viſitatione, à Præſentandis obeundâ. §. 1.

STatutum eſt, quòd, pro more antiquo, poſtquàm Gratia conceſſa fuerit, quilibet Præſentandus, (impetratâ priùs per eundem veniâ, à Domino Vice-Cancellario, ut habeatur Congregatio) Præſentatorem ſuum Habitu Gradui competente indutum ſequens, ipſe etiam Habitu congruo, & nudato capite incedens, præeun-

Tit. 9. Sect. 5.

præeuntibus Bedellis vel eorum aliquo, primò Vice-Cancellarium, deinde Procuratorem Seniorem, posteà Procuratorem Juniorem, ante occasum Solis, in Hospitiis suis adeat. Quem, si inveniri possit, Præsentator sic alloquatur:

Supplicamus Dominationi vestræ, quatenus præesse dignetur crastinæ Congregationi, ut Scholaris vel Baccalaureus meus ad Gradum suum præsentetur.

Deinde si quis ipsorum ad Incipiendum in Artibus præsentandus fuerit, deponet penès Vice-Cancellarium pecuniariam cautionem 40s. vel (si tenuioris conditionis fuerit) fidejussoriam, (duobus interpositis Sponsoribus, qui alicujus Collegii Socii sint;) quòd proximis Comitiis incipiet; & statim post Comitia ad Regentiam admittendum se curabit: In quorum alterutro si defecerit, Cautio protinus cedat Fisco Vniversitatis; Sin verò Inceperit, & ad Regendum admissus fuerit; Cautionem usque penès

penès ſe retineat Vice-Cancellarius, quoad Annus neceſſariæ Regentiæ completus fuerit; ſi quam ratione Inceptionis aut Regentiæ mulctam incurrerit, inde ſubtrahere ut liceat; deindè in fine Anni reſiduum reſtituatur. *Tit. 9. Sect. 5.*

Procuratores verò, ſic: *Supplicamus Reverentiis veſtris, ut craſtinæ Congregationi intereſſe dignemini, &c.* Quibus annuentibus, recedet.

Si verò Præſentandus Cumulatus fuerit, præeuntibus Stationario, i. e. Virgifero Vniverſitatis, Bedellis omnibus, & Proto-bibliothecario (Vice-Capellani Vniverſitatis) adibit primò Procuratorem Iuniorem; deinde cum illo, Procuratorem Seniorem; & poſt, cum utroque Procuratore, Vice-Cancellarium; ſingulíſque ut Congregationi interſint, rogatis, à Vice-Cancellario & Procuratoribus Domum deducetur.

Inſuper in Artibus Baccal. qui Gradum Magiſtralè ambit, antequàm præſentetur, Habitu Gradui competente

Tit. 9. Sect. 5.

tente indutus, nudato capite per ſingula Colleg. & Aul. circumeundo, Magiſtros (non infra triennes, nec ſupra ſeptennes) inquirere teneatur; iiſque quos invenerit, ſub hâc formâ ſupplicare: *Magiſter ſubmitto me tuis oppoſitionibus, quatenùs digneris intereſſe meis depoſitionibus.*

Quòd ſi Magiſtrorum quivis (habito examine) Præſentandum quemvis, quoad eruditionem, Graduí ſuo imparem deprehenderit, eóque nomine eum ad Vice-Cancellarium vel Procuratores detulerit, oportebit Vice-Cancellarium vel Procuratores Præſentationem ipſius tantiſper morari, donec (habito publico examine in Domo Congregationis) ulteriùs deſpiciatur, utrum dignus ſit Gradu quem ambit, necne. Alioqui non licebit Vice-Cancellario aut Procuratoribus, ex privatâ cujuſvis ſuggeſtione aut interpellatione, cujuſquam Præſentationem aut Admiſſionem impedire; niſi quid de novo admiſerit poſt Gratiam impetratam; aliquídve

quidve feciſſe manifeſtò probetur, quod repulſam mereatur, quódque priùs latebat. *Tit. 9. Sect. 5.*

De Subſcriptione ante Præſentationem exigendâ. §. 3.

CVm Præſentandus vel Præſentandi, ad Apodyterium Domui Congregationis vicinum devenerint, eorum quilibet Articulis Fidei & Religionis in Synodo Londini Anno Dom. 1562. editis & confirmatis (lectis priùs, vel, alio recitante, auditis in præſentia Præſentatoris ſui) necnon tribus Articulis in 36. Canone comprehenſis (lectis priùs ibidem, & publicè, coram Præſentatore, in præſentia Procuratorum) ſubſcribet; Qui quidem tres Articuli deſcripti ſunt Canone 36. Libri Conſtitutionum & Canonum Eccleſiaſticorum, in Synodo Londini cæptâ Ann. Dom. 1603.

De

Tit. 9. Sect. 5. §. 7

De Depoſitionibus pro Præſentandis.

PRæter Teſtimonium, quod à Præſentatore perhibetur præſentandis in qualibet Facultate, requiruntur Depoſitiones aliorum, de eadem Facultate, qui in eodem ſunt Gradu, ad quem præſentati promovendi ſunt.

Nimirum pro præſentando ad Gradum Baccalaurei in Artibus, Depoſitiones novem Baccalaureorum in Artibus, qui Determinationem Quadrageſimalem compleverunt; qui in Apodyterio Domui Congregationis vicino, ipſo die Præſentationis (antequam Vice-Cancellarius & Procuratores Domum Congregationis ingrediantur) coram Procuratoribus in genua procidentes, idem Iuramentum præſtabunt, quod ab aliis Deponentibus exigitur. Quod ſi novem Baccal. de certa ſcientia depoſuerint, Præſentandum aptum eſſe & idoneum moribus & ſcientia, procedatur ad ipſius admiſſionem: ſin minùs; differatur in annum.

Pro

Tit. 9. Sect. 5.

Pro Præsentato ad Incipiendum in Artibus; Depositiones novem Magistrorum in Artibus, quorum oppositionibus præsentatus se submisit.

Pro præsentato ad Baccalaureatum in Iure Civili; trium Baccalaureorum in eadem Facultate: qui, si in Artibus haud inceperint, in Apodyterio Domui Congregationis vicino, (antequam Vice-Cancellarius & Procuratores in Domum Congregationis ascendant) deponent, ad instar Deponentium in aliis Facultatibus in Domo Congregationis. Quia Baccalaureis in Iure Civili (nisi rexerint in Artibus) Domum Congregationis intrare non licet ad deponendum pro aliquo; multò minus ad Præsentandum quempiam.

Pro præsentato ad Baccalaureatum in Medicinâ; trium Baccalaureorum in eadem Facultate: vel in defectu ipsorum, trium Magistrorum qui Medicinæ studiosi sint.

Pro præsentato ad Baccalaureatum in S. Theologiâ; trium Baccalaureorum in S. Theologiâ. Pro

Tit. 9. Sect. 5.

Pro præsentato ad Incipiendum in Musica, Medicinâ, Iurisprudentia, & S. Theologia; trium Doctorum in qualibet istarum Facultatum; &, si desint Doctores in Musica, Medicina, Jurisprudentia, vel S. Theologia, tunc (ex permissu Congregationis) pro Inceptore in Musica trium Magistrorum in Artibus; pro Inceptore in Iurisprudentia, Medicina, vel S. Theologia, trium Baccalaureorum in iisdem Facultatibus: qui in Iurisprudentia, etiam in Artibus Magistri sint, si tales obtineri possint. In Medicina verò (si desint Baccalaurei) eorum vice totidem Magistri in Artibus Medicinæ studiosi.

SECT.

Tit. 9. Sect. 6.

SECT. VI.

De IVRAMENTIS Præsentandorum.

Statuta, in quæ singulos Præsentatos Iurejurando adigit Iunior Procurator. Et admonitio de Habitu Gradui competente. §. 1.

POst Depositiones finitas, vel (ubi Depositiones fiunt extra Domum Congregationis) post absolutam Præsentationem, Procurator Iunior à Seniore inter præsentatos

Tit. 9. Sect. 6.

tatos ad genua ſua accedente, reliquis circumſtantibus audientibúſque, Iuramentum exiget in hæc verba.

B. 37. a. C. 157. a.

(" Do: Doctor, Magiſter, vel Do-
" mine) *tu dabis fidem* ad obſervan-
" dum Statuta, Privilegia, Conſuetu-
" dines, & Libertates iſtius Univerſi-
" tatis. *Reſp.* Do.

" *Jurabis* etiam, quod Pacem iſtius
" Univerſitatis per te non perturba-
" bis, nec per alium vel alios qualiter-
" cunque perturbari procurabis; nec
" perturbatorem vel perturbatores,
" aliquem vel aliquos, in perturbatio-
" ne Pacis, ope vel conſilio juvabis;
" nec impedies per te, vel per alium
" vel alios, quò minus de Pacis per-
" turbatore vel perturbatoribus fiat
" Juſtitia; Et, ſi aliquem vel aliquos
" noveris de perturbatione Pacis pro-
" babiliter ſuſpectum vel ſuſpectos,
" ipſum vel ipſos Cancellario denun-
" ciabis. *Reſp.* Iuro.

Item ſpecialiter tu *Jurabis*, quod inter nullas Communitates, vel Perſonas iſtius Vniverſitatis, impedies Pacem,

Pacem, concordiam & amorem. Et si aliqua dissentio inter aliquas Communitates vel Personas exorta fuerit, illam nullo modo fovebis, vel accendes; nec Conventiculis interesse debes, nec eis tacitè vel expressè consentire, sed ea potiùs, modis quibus poteris, impedire. *Tit. 9. Sect. 6.*

*Jurabis** etiam, quod in istâ Facultate, alibi in Anglia, quàm hîc & Cantabrigiæ, Lectiones tuas solennitèr, tanquam in Vniversitate, non resumes. Nec in aliquâ Facultate, sicut in Vniversitate, solennitèr incipies; nec consenties, ut aliquis alibi in Angliâ Incipiens, hîc pro Magistro in illâ Facultate habeatur. *D. 55. b.

Item * tu *jurabis*, quòd non leges aut audies *Stanfordiæ*, tanquam in Vniversitate, Studio vel Collegio Generali. *B. 37. a. C. 2. b.*

Tit. 9. Sect. 6.

Forma Iuramenti admittendorum ad Publicam Bibliothecam.

C. 157 b.

TV * etiam *promittes*, ſanctéque coram Deo Optimo Maximo recipies, quod quoties in publicam Academiæ Bibliothecam venire te contigerit, animum ad ſtudia per modeſtiam & ſilentium accommodabis; Libros, cæterumq; cultum ſic tractabis, ut ſupereſſe quàm diutiſſimè poſſint. Item quod neque tu in perſona tua, aliquem vel aliquos Libros ſurripies, permutabis, rades, deformabis, lacerabis, ſcindes, annotabis, interſcribes, ſponte corrumpes, obliterabis, contaminabis, aut alio quocunque modo detruncabis, abuteris, deteres, aut imminues; Nec alii cuiquam author eris horum quidvis perpetrandi; ſed, quantum in te eſt, delinquentem, vel delinquentes impedies, ipſorumqúe maleficia Vice-Cancellario, ejúſve Deputato, intra triduum poſtquam tibi innotuerint, denunciabis: *Ita te*

Deus

Deus adjuvet tactis ſacroſanctis Chriſti Evangeliis. Tit. 9. Sect. 6.

Lectis ſingulis Juris-jurandi Articulis, Procurator Seniorem inter Præſentatos Iuramento hoc modo onerabit:

" Hæc omnia prædicta te fideliter " obſervaturum *promittes*, ſicut Deus " te adjuvet, per Ieſum Chriſtum hoc " ſacroſancto Evangelio annuncia- " tum.

Deinde Librum deoſculandum exhibebit; quæſitoque Senioris nomine, (ſi plures præſententur, quinque vel ſex eorum manus ſimul Libro imponentibus) eiſdem dicet:

" *Idem Iuramentum*, quod præſti- " tit A. B. in perſonâ ſuâ, vos præſta- " bitis in perſonis veſtris, & quilibet " veſtrûm in perſonâ ſuâ, ſicut Deus " vos adjuvet, &c.

Tit. 21 Sect. 6.

Admonitio pro Habitu Gradui competente.

PRæstito demùm à singulis Iuramento, Procurator singulis etiam sic denunciabit: * *Item (Tu teneris) vel (Vos tenemini)* quòd sis *habituru vel habituri*, intra quindenam, "Habitum de proprio, Gradui competentem; & ipsum vel similem "servabis, quamdiu in Vniversitate "contigerit te morari; ad effectum, "ut non solum in eo Actus Scholasticos possis exercere; verum etiam "Vniversitatem Matrem nostram, in "Processionibus, & aliis Vniversitatis negotiis (cum vocatus & præmonitus fueris) cum eodem valeas "honorare; Idque sub pœnis in Statutis Vniversitatis limitatis.

*B 37. a. C. 157. a.

Statuta

Tit. 9. Sect. 6. §. 2

Statuta, in qua ſingulos Præſentatos Iurejurando adiget Senior Procurator.

EXactis præſtitiſque coram Juniore Procuratore Iuramentis, Præſentati ad Seniorem Procuratorem ſe conferent; & Seniore inter Præſentatos eidem appropinquante, reliquis adſtantibus, & attentè auſcultantibus, idem Procurator Senior Statuta, ad Gradus illos, ad quos præſentantur, pertinentia diſtinctè recitabit.

Pro Baccalaureo in Artibus.

QVia * Caſum appetere videtur, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis Gradibus, per abrupta quærit aſcenſum; Ordinatum eſt, quòd Scholares in Facultate Artium liberalium, antequam ad Gradum Baccalaureatus in eiſdem aſpiraverint, quatuor Annos integros in ſtudio earundem Artium

A. 85. b. D. 56. b. *

Tit. 9. Sect. 6.

in Vniverſitate poſuiſſe, (non in Domo privatâ cujuſpiam, ſed in Collegio vel Aula, abſque dolo malo hoſpitantes ſeu victitantes) Publicoſque Lectores, prout Statuta requirunt, diligentèr audiviſſe teneantur: ſcilicet per primum annum Lectores Grammaticæ, et Rhetoricæ; per ſecundum Dialecticæ & Moralis Philoſophiæ; per tertium & quartum, Dialecticæ, Moralis Philoſophiæ, Geometriæ, & Linguæ Græcæ, exceptis filiis Baronum in ſuperiori Parliamenti Domo jus ſuffragii habentium, & Baronettorum ac Equitum Auratorum filiis natu maximis, quibus indulget Academia, ut integro triennio in Studiis Academicis completo, præſtitis exercitiis requiſitis, ad Gradum promoveantur.

Sanxit etiam Vniverſitas, quòd omnes Scholares à primo anno completo ab adventu ad Academiam, donec tempus quo ad Gradum Baccalaureatus in Artibus promoveri poſſint, compleverint, Diſputationes in Par-

Parviſiis frequentare teneantur. *Tit. 9. Sect. 6.*

Statutum eſt etiam, quod Scholares in Facultate Artium, poſt duos demùm Annos in Vniverſitate completos,& non antea,ad Opponendum & Reſpondendum pro Forma in Parviſiis, admittantur. Quodque ſinguli, per tres ad minus Terminos, priuſquam pro Gradu Baccalaureatus in Artibus ſupplicent, prioris Opponentis & Reſpondentis vices in iiſdem Diſputationibus ſubeant, & Generales creentur; & quod ſingulis poſtea Terminis, donec ad Gradum Baccalaureatus promoti fuerint,ſemel ad minus in Parviſiis diſputent.

Denique, præter illas Diſputationes quæ in Parviſiis habendæ ſunt, Statutum eſt etiam, quod quilibet Scholaris poſtquàm quatuor Terminos in Dialecticæ ſtudio poſuerit (& antè ſuam pro Gradu Baccalaureatûs in Artibus ſupplicationem) ſub Baccalaureo aliquo in Quadrageſimâ Determinante, bis pro Formâ, de iiſdem Quæſtionibus, quas Baccalaureus ipſe defen-

Tit. 9. Sect. 6.

defendendas ſuſcepit (ſingulis vicibus, per unam horam & alterius horæ dimidiam partem) reſpondeat.

Pro Inceptore in Facultate Artium.

A.89.b. B.41.b.

CVm in nulla Facultate ſeu Scientia, quiſquam Magiſtrali cenſeatur honore dignè potiri, niſi (per tempus competens) aliquandiu ſtudioſus & diligens diſcipulus præextiterit in eâdem; operæpretium eſt, ut quiſq; (apicem in eiſdem ſolennitèr ſcanſurus) ante ſuam ad hoc Licentiationem, ſub aptâ temporis morâ cunctas ſeptem Artes liberales, tréſque Philoſophias efficacitèr addiſcendo, publica & doctrinalia ſigillatim Gymnaſia pertranſeat Philoſophorum. Itaque ſtatutum eſt, ut à tempore admiſſionis ad Gradum Baccalaurei, ſinguli in audiendis publicis Lecturis tres Annos integros (priuſquam ad Incipiendum in Artibus admittantur) inſumpſiſſe teneantur: Viz. Annum primum in

Tit. 9. Sect. 6.

in audiendo Geometriam, Metaphyſicam, Hiſtoriam, Linguam Græcam & Hebraicam: ſecundum item & tertium in audiendo Aſtronomiam, Naturalem Philoſophiam, itidem Metaphyſicam, Hiſtoriam, Linguas, Græcam & Hebraicam.

Item Statutum eſt, quòd Baccalaureus Artium, poſt Gradum ſuſceptum, (antequam pro Magiſterio, ſive ſuâ in Artibus Licentiatione ſupplicet) in Quadrageſimâ ſolennitèr Determinet, in Quodlibeticis Reſpondeat, in Auguſtinenſibus Opponat vel Reſpondeat, quoties ad id legitimè fuerit requiſitus.

Item quilibet Baccalaureus, priuſquàm in Artibus Licentietur, ſex ſolennes Lectiones (tres in Naturali Philoſophia, tres in Philoſophia Morali) in Scholis publicis Legiſſe tenetur.

Pro

Tit. 9. Sect. 6.

Pro Baccalaureo in Muſicâ.

STatutum eſt, quòd, qui Muſicæ dat operam, antequam Gradum Baccalaurei in illâ Facultate conſequatur, ſeptem Annos in Studio vel praxi Muſices ponat, & id ipſum ſub Chirographis hominum fide dignorum teſtatum afferat.

Item ſtatutum eſt, quòd, qui ad Baccalaureatum in Muſicâ promoveri cupit, priuſquàm pro Gratiâ ſuâ ſupplicet, unum Canticum 5. partium componat, quod in Scholâ Muſicæ (alio quovis die, quam illo qui jam ad praxin Muſicam deſignatus eſt) publicè tam vocibus quàm Inſtrumentis Muſicis exhibeat; ſed priùs (valvis utriuſque Magnæ Portæ Scholarum ante tres dies affixo programmate) diem ac horam futuri ſpeciminis ſignificet.

Pro

Tit.9.
Sect.6.

Pro Inceptore in Musicâ.

ORdinatum est etiam, quod Baccalaureus Musicæ, priusquàm ad Doctoratum promoveatur, quinque Annos post susceptum Gradum, in studio Musices ponat, & id ipsum sub Chirographis hominum fide dignorum testatum afferat.

Ordinatum est etiam, quod Baccalaureus Musicæ, priusquàm ad Incipiendum in eâdem Facultate admittatur, unum Canticum 6. vel 8. partium componat; quod in Schola Musicæ tam Vocibus quàm Instrumentis etiam Musicis (alio quovis die, quam illo qui ad praxin Musicam designatus est) publicè exhibeat; sed priùs (valvis utriusq; Magnæ Portæ Scholarum, ante tres dies affixo programmate) diem ac horam futuri speciminis significet.

Ordinatum est denique, quòd Baccalaureus Musicæ, postquam ad Incipiendum in eadem Facultate admissus

Tit. 9. Sect. 6.

ſus fuerit, unam vel alteram Cantilenam, 6. vel 8. partium, in ipſis Comitiis, unà cum Vocum & Inſtrumentorum Muſicorum harmoniâ exhibeat.

Pro Baccalaureo in Iure Civili.

STatutum eſt, quòd, qui Juri Civili Studet, antequam Baccalaureatū in illâ Facultate conſequatur (ſi ſit Magiſter Artium) per tres Annos integros (ſi non ſit Magiſter Artium) per quinquennium completum, publicum Iuris Civilis Prælectorem diligenter & attentè audiat. Quòdque per Quadriennium in Academia, Dialecticæ, Morali Philoſophiæ, & Politicæ, aliiſque Humanioribus Literis incubuerit, priuſquàm Quinquennium in Studio Iuris ponere inchoaverit; niſi per Statuta Collegii in quo commoratur, citiùs ad Iuris Studium ſe convertere teneatur.

Ordinatum eſt etiam, quòd is, qui ad Baccalaureatum in Iure Civili promoveri

moveri cupit, priuſquàm pro Gratiâ ſupplicet, bis in Diſputationibus Iuridicis pro Formâ Opponentis principalis (id eſt primo vel ſecundo loco diſputantis) munere fungatur; Et ſemel, per duas horas, à prima pomeridiana ad tertiam, in Scholâ Iuriſprudentiæ pro Formâ reſpondeat; affixo ante ſeptem dies, valvis utriuſque Magnæ Scholarum Portæ, ac inſuper Muris Collegii Omnium Animarum, necnon Coll. Oriel. (quà Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſùs in Angulos coëunt) programmate; in quo, Quæſtiones diſceptandæ, cum nominibus Reſpondentis & Opponentium publicentur. *Tit 9. Sect. 6.*

Deniq; Decretum eſt ex communi conſenſu Magiſtrorum Regentium, ut unuſquiſque ad Gradum Baccalaurei in Iuriſ-prudentia promovendus ſine ullâ recuſatione factâ, Domino Vice-Cancellario pro tempore exiſtenti, ſimiliter & Procuratoribus, ſuis Chirothecis, ſecundum Perſonarum dignitatem (quemadmodum Baccalaurei in

Tit. 9. Sect. 6.

in Medicina) gratificentur.

Pro Inceptore in Iure Civili.

STatutum est, quòd, qui ad Doctoratum in Iure Civili promoveri cupit, (si, postquã in Artibus inceperat, Gradum Baccalaurei in Iure Civili susceperit) quatuor Annos integros publicum Prælectorẽ Iuris Civilis audiet, priusquam ad Incipiendum in eâdem Facultate admittatur. Alioqui, si Baccalaureus in Iure fuerit, antequam incipiat in Artibus (sive Statutis Collegii sic exigentibus, sive suâ ipsius optione factum fuerit) quinq; Annos integros, in audiendo publico Professore Iuris Civilis ponere teneatur, priusquam ad Incipiendum admittatur.

Item statutum est, quòd Baccalaurei Iuris Civilis, priusquam ad Incipiendum in eâdem Facultate admittantur, vel sex solennes Lectiones ab hora prima pomeridiana, usque ad secundam

secundam totidem diebus publicè legant (in quibus, quamcunque velint totius Corporis Iuris Civilis partem explicent;) vel aliquem è Titulis de Iudiciis & Probationibus, sive de re Iudicata in Digestis vel Codice (tribus ad minimum Lectionibus) cursoriè exponant. Et priusquàm vel solenniter vel cursorie legere inceperint, programma (subjectum & tempus Legendi indicans) ante triduum curabunt affigi valvis utriusque exterioris Portæ Scholarum, nec non muris Collegii Omnium Animarum, & Oriel, quà Australis & Occidentalis parietes, Plateam versùs, in Angulos coëunt. *Tit. 9. Sect. 6.*

Tit. 9. Sect. 6.

Pro Baccalaureo in Medicinâ.

STatutum eſt, quòd, qui Medicinæ dat operam (antequàm Baccalaureatum in illâ Facultate conſequatur) Gradum Magiſtri in Artibus capeſſat; & poſtquam in illâ Facultate Inceperit, publicum Medicinæ Profeſſorem per triennium integrum diligentèr audiviſſe teneatur.

Item Statutum eſt, quòd is, qui ad Baccalaureatum in Medicina promoveri cupit (priuſquàm Gratiam proponat) ſemel in duabus Quæſtionibus ab horâ primâ pomeridianâ uſque ad horam tertiam, in Scholâ Medicinæ deſignatâ, ſolennitèr pro Formâ Reſpondeat; ſemel item Opponat: Affixo ante ſeptem dies, Valvis utriuſq; exterioris Portæ Scholarum, necnon Muris Collegii Omnium Animarum, & Oriel, (quà Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſus, in Angulos coëunt) programmate, in quo Quæſtiones diſceptandæ, cum Nominibus

nibus Reſpondentis & Opponentium, publicentur. *Tit. 9. Sect. 6.*

Pro Inceptore in Medicinâ.

STatutum eſt, quòd, qui ad Doctoratum in Medicinâ promoveri cupit, ex quo Baccalaureus in Medicinâ fuerit, quatuor Annos integros publicum Medicinæ Profeſſorem audiat, priuſquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur.

Item Statutum eſt, quòd Baccalaureus Medicinæ (priuſquàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur) vel ſex ſolennes Lectiones, ab hora prima pomeridiana uſque ad ſecundam, totidem diebus publicè legat (in quibus quamcunque velit Galeni partem explicet;) vel aliquem ex his Galeni Libris, nimirum Librum unum de Temperamentis, de Differentiis Febrium, de Vſu Partium, vel de Affectis Locis (tribus ad minimum Lectionibus) curſoriè exponat; Et priuſquàm vel ſolennitèr vel curſoriè legere

Tit. 9. Sect. 6.

gere exordiatur, programma (ſubjectum & tempus Legendi indicans) ante triduum curabit affigi Valvis utriuſque exterioris Portæ Scholarum; nec-non Muris Coll. Omnium Animarum & Oriel, quà Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſus, in Angulos coëunt.

Pro Baccalaureo in S. Theologiâ.

STatutum eſt, quòd, qui S. Theologiæ dat operam, antequàm Baccalaureatum in illâ Facultate conſequatur, Gradum Magiſtri in Artibus capeſſat; & poſtquàm in illâ Facultate Inceperit, publicum S. Theologiæ Profeſſorem, per ſeptennium completum audiviſſe teneatur.

Item Statutum eſt, quòd is, qui ad Gradum Baccalaurei in S. Theologiâ promoveri cupit, priuſquàm Gratiam proponat, bis in Diſputationibus Theologicis pro Formâ Opponentis Principalis (id eſt, primo vel ſecundo loco

loco Diſputantis) munere perfunctus fuerit; & ſemel per duas horas in Schola Theologicâ pro Formâ Reſponderit; Quodq; ante hujuſmodi Diſputationes, programma (Quæſtiones diſceptandas, unà cum nominibus Reſpondentis & Opponentium indicans) antè ſeptem dies affigi curabit Valvis utriuſque exterioris Portæ Scholarum, nec non Muris Coll. Omnium Annimarum, & Oriel, quà Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſùs in Angulos coëunt. *Tit. 9. Sect. 6.*

Denique Statutum eſt, quod unuſquiſque, antequàm Gradum Baccalaureatûs in S. Theologiâ capeſſat, Concionem Latinam in Templo B. Virginis Mariæ, per ſe & non per alium, habere teneatur. Hâc tamen cautione ſervatâ, ne quis ante completum quinquennium à ſuſcepto Magiſtrali Gradu (iſque non niſi Sacris Ordinibus initiatus) Concionem hujuſmodi pro Formâ habere permittatur. Cauto inſuper, ne Concio Latina, habita vice alterius cujuſcunque,

Tit. 9. Sect. 6.

cedat cuiquam pro Formâ.

Pro Inceptore in Sacrâ Theologiâ.

STatutum est, quod, qui ad Doctoratum in S. Theologiâ aspirat, ex quo Baccalaureus fuerit per quatuor Annos integros, publicum S. Theologiæ Prælectorem audiat, priusquam ad Incipiendum in eâdem Facultate admittatur.

Item Statutum est, quòd Baccalaureus S. Theologiæ, antequàm ad Incipiendum in eadem Facultate admittatur, publicè in Scholâ Theologicâ, ab hora prima usque ad secundam, Latinè sex solennes Lectiones solennitèr legat, (in quibus explicet quamcunque velit S. Scripturæ partem;) vel aliquam ex istis, quæ sequuntur, Apostolicis Epistolis, scilicet ad Galatas, vel unam aliquam ad Timotheum, vel ad Titum, vel unam S. Petri (tribus, ad minimum, Lectionibus) cursoriè exponat. Et priusquàm vel solenni-

ſolennitèr, vel curſoriè legere exordiatur, programma (ſubjectum & tempus Legendi indicans) ante triduum curabit affigi Valvis utriuſque Exterioris Portæ Scholarum, nec-non Muris Collegii Omnium Animarum, & Oriel, quâ Auſtralis & Occidentalis parietes, Plateam verſùs, in Angulos coëunt.

Tit. 9. Sect. 6.

Pro Cumulatione Gradus in S. Theologia.

EAdem Statuta (quæ Baccalaureo & Inceptori in Theologia) legenda etiam ſunt Cumulanti Gradus, excepto primo Artic. inter Statuta legenda Inceptori in Theologia.

Ac inſuper.

Statutum eſt ſi qui, olim hujus Univerſitatis Alumni, Gradus in Theologiâ cumulare deſiderent, quòd per 15 aut 16 annorum ſpatium (ab admiſſione ſuâ ad Regentiam compu-

Tit. 9. Sect. 6.

tandum) Theologiæ operam navâſſe eos oporteat; & habitationem ipſorum ultra ſpatium 30 millia ium ab Vniverſitate diſtare.

§. 3.

Communis formula, ſingulos Præſentatos Iuramento obſtringendi; & de Iuramento Primatûs Regii, & Fidelitatis à ſingulis exigendo.

PErlectis Statutis ad Gradum requiſitis, Procurator Senior, inter Præſentatos Seniori Evangelium exhibebit, cui (manu à præſentato impoſita) ita dicet, "Omnia hæc modò præ-"lecta & reliqua Statuta Gradum "hunc quem capeſſis concernentia; "ac potiſſimùm Sectionem ſeptimam "Tit. 6. intra triduum proximè elap-"ſum à te diligentèr lecta (vel alio le-"gente audita) te obſervâſſe quoad "præterita, niſi aliter tecum diſpen-"ſatum fuerit;

Vel

(Vel ſi in Comitiis, Doctoribus reſponſurus, aut die Martis poſt Comitia Latinè concionaturus ſit) *Tit. 9. Sect. 6.*

"Niſi quatenùs in Comitiis, Docto-
"ribus reſponſurus aut die Martis
"poſt Comitia Latinè concionaturus
"ſis) tu Iurabis per *Ieſum Chriſtum*
"hoc ſacroſancto *Evangelio* annun-
"ciatum.

Et reliquis manus itidem Libro apponentibus, "Idem *Iuramentum*
"quod præſtitit A. B. in perſonâ
"ſuâ, &c.

Deinde ex Præſentatis Senior * *Iuramentum Primatûs Regii*, clarâ voce (ut ab omnibus aliis audiatur) publicè leget; & *Evangelium* à Procuratore exporrectum oſculabitur; & poſt eum alii, quotquot eodem die præſentantur: Et poſtremò, eodem *Iuramentum* * *Fidelitatis* ſive Allegiantiæ præeunte diſtinctè, alij omnes verbatim recitabunt; & in confirmationem *Iuramenti*, omnes ordine Librum deoſculabuntur. * B. 137.

De

Tit. 9. Sect. 7.

De Creatione & Licentiatione Præsentati per Vice-Cancellarium peragendâ.

PRæstitis ab omnibus Præsentatis coram Seniore Procuratore *Iuramentis*, — iis qui præsententur ad Incipiendum in aliquâ Facultate, — Vice-Cancellarius dicet: "(D^r D^r, "M^r, vel D^r) tu dabis, vel vos dabitis, "fidem ad obſervandum Statuta, Pri-"vilegia, Conſuetudines, & Liberta-"tes hujus Vniverſitatis; *Reſp.* Do.

Item tu * *Iurabis* quòd incipies realitèr intra Annum, niſi alitèr tecum diſpenſatum fuerit. *Reſp.* Incipiam.

Item tu *Iurabis* quòd non Incipies alibi

* *B. 43. a. C. 19. b. D. 2. b.*

alibi quàm hîc. *Reſp.* Non Incipiam. Quòd ſi quis, poſt præſtitum iſtud *Iuramentum* (abſq; Impetratâ Diſpenſatione) nihilominus haud inceperit; privetur, ipſo facto, non ſolum Gradu ad quem noviſſimè præſentatus fuerat, ſed & aliis omnibus quos priùs ſuſceperat.

Tit. 9. Sect. 8.

DE

Tit. 9. Sect. 8.

De INCORPORATIONE.

§. 2. *Conditiones Incorporandi alumni Academiæ Oxonienſis, vel Cantabrigienſis, apud exteras Academias Gradus Capeſſentes.*

CVm nonnulli aliquandò, poſt aliquod tempus in Academiis domeſticis bonarum Literarum Studio inſumptum, ad exteras Academias ſe conferant, ubi (nec Temporis, nec Exercitiorum ratione habitâ) ad Gradus ſupremos promoventur; deinde huc reverſi, ſe ad eoſdem

dem Gradus admitti poſtulant; unde indirectè omnis ordo & diſciplina Vniverſitatis violatur:

Tit. 9. Sect. 8.

Placuit Vniverſitati decernere & ſtatuere, ne quis in poſterum (qui aliquandò hujus Academiæ, aut Cantabrigienſis alumnus fuit, & in Academia quacunque exterâ Gradum aliquem ſuſcepit) ad eundem Gradum in hac noſtra Vniverſitate admittatur, niſi completo tempore, quod (juxtà Statuta hujus Vniverſitatis, vel ſuæ Cantabrigrienſis) ad hujuſmodi Gradum capeſſendum requiritur: Et, tum demum, de expreſſo conſenſu Vice-Cancellarii, Profeſſoris, & trium inſuper Doctorum in eadem Facultate, & Procuratorum; vel majoris partis eorundem.

DE

Tit. 10. Sect. 2.

De Negotiis in Domo Convocationis tractandis.

§. 4. *De materiâ dispensabili, in quâ Convocationi dispensandi potestas permissa est.*

CVm Statutorum rigorem, modò privatis hominum commoditatibus, modò necessitatibus ipsorum attemperari quandoque expediat: consuevit V. Domus Convocationis (penes quam est potestas Statuta & Decreta condendi) ex rationabili causa cum nonnullis dispensare.

Et

Tit. 10. *Sect.* 2.

Et primò, ſi Statutis alicujus Collegii Statuta Vniverſitatis in aliquo diſſentiant vel repugnent; Statuit Vniverſitas & declarat, quòd cum Præfectis, Sociis & Scholaribus quibuſcunque hujuſmodi Collegii, ſuper obſervatione Statutorum Vniverſitatis, à Collegii Statutis diſſentientium, eiſq; repugnantium, abſque ulteriore aliqua ſupplicatione ſive petitione, ipſo jure diſpenſatum habeatur.

Deinde, ſi quis, Lectiones vel Diſputationes (ordinarias & non pro forma) per alium præſtare, neceſſum habuerit.

Vel ſi qui, olim hujus Vniverſitatis Alumni, perſpectæ probitatis & eruditionis Viri, quique per 15. aut 16 Annorum ſpatium (computandum ab admiſſione ſua ad Regendum) Theologiæ operam navârunt (iidem que ultra ſpatium 30 milliarium ab Vniverſitate remoti) præſtitis priùs omnibus Exercitiis, Gradus accumulare, ſive ſimul capeſſere deſiderent.

Vel, ſi qui propter interveniens impe-

Tit. 10. Sect. 1.

impedimentum, vel cauſam ſonticam (quo-minùs in proximis Comitiis realitèr incipere poſſint, vel potuerint) in Convocatione vel Congregatione creari & inaugurari deſiderent.

Vel, ſi qui Prælati, Magnates, vel Nobiles, honoris cauſâ, Gradus Academicos intra Academiam ſuſcipere cupiant.

Vel, ſi Vniverſitati eoſdem extra Academiam (miſſis qui Cancellarium, Procuratores, & Magiſtros Regentes repræſentent) iiſdem Gradibus ornare viſum fuerit.

Et univerſim, ſi qui alii fuerint Caſus, in quibus per Statuta Univerſitatis diſpenſare non negatū eſt, quiq; diſciplinæ Academicæ non repugnant; in iis, ex neceſſariâ & perurgenti aliquâ cauſâ (priùs per Dominum Cancellarium, arbitrio Vice-Cancellarii, Procuratorum, & Præfectorum permiſſâ, & per ipſos vel eorundem majorem partem approbata in Conventu ipſorum hebdomali) Diſpenſationes in Domo

Domo Convocationis proponi licebit, & pro conceſſis haberi, ſi Vice-Cancellarius, Procuratores, & major pars Regentium & non Regentium aſſenſum præbuerint. *Tit.* 10. *Sect.* 2.

De materia indiſpenſabili, in qua Convocationi diſpenſare non permittitur. §. 5.

QVia ex nimia Diſpenſandi licentia grave incommodum Vniverſitati antehac obortum eſt, (nec aliter fieri potuit,) Statuit & Decrevit Univerſitas, ne in poſterum Diſpenſationes ullatenùs proponantur in caſibus ſequentibus. Et primò Statuit & Declarat, ne ſuper aliquo Statuto vel Decreto (authoritate Regia jubente vel monente) condito vel condendo, in toto vel in parte Diſpenſatio proponatur; niſi pari authoritate Regia, ejuſdem mutatio, vel aliqualis relaxatio, expreſſè mandata vel permiſſa fuerit.

Tit. 11. Sect. 2.

Item, ne pro defectu Temporis, aut Exercitiorum (ad aliquem Gradum Baccalaurei, Magiſtri, vel Doctoris in aliqua Facultate requiſitorum) nec pro Exercitiis (ad Gradum requiſitis) poſt ſuſceptum Gradum præſtandis; Præcipuè, ne pro Concione Latina, poſt Gradum Baccalaureatus (ut olim) habenda, ullo modo Diſpenſatio proponatur.

Item, ne Diſpenſatio proponatur, ut quiſquam, Collegii Præfectus, Socius vel Capellanus, vel in Aula aliqua Commorans, vel intra quinquaginta milliaria ab Vniverſitate habitans (exceptis iis qui in ſtudio Theologiæ 15 vel 16 Annos poſuerunt, quibuſcum ſi ultra 30 milliaria ab Vniverſitate habitent, pro Gradibus Cumulandis diſpenſare licebit) ad Cumulandos Gradus, vel ad Gradum Baccalaurei, & Magiſtri ſeu Doctoris, ſimul ſuſcipiendum admittatur.

Denique Statutum eſt, ne in aliquo caſu præmiſſo, (vel alio de quo, ſpeciali Statuto, ne ſuper eo Diſpenſatio

tio proponatur, cautum eſt) quiſquam, ſub pœna Bannitionis, Diſpenſationem proponat; niſi Cancellarius Præfectorum arbitrio permiſerit, ut de conſilio maturo (in Conventu ipſorum ordinario) priùs habito, ex neceſſaria & perurgente aliqua cauſa (per Vice-Cancellarium, Collegiorum & Aularum Præfectos, & Procuratores vel majorem partem eorundem, approbandâ) hujuſmodi Diſpenſationem in Domo Convocationis proponi permittant.

Tit. 11. Sect. 2.

De Congregationibus & Convocationibus.

§. 1. *Congregationibus alii neceſſariò, alii liberè interſunt; Convocationibus ſinguli, ritè moniti, tenentur per fidem intereſſe.*

STatutum eſt, quòd ſinguli Doctores & Magiſtri neceſſariò Regentes (quotquot intra ambitum Academiæ commorantur) ſtatim à ceſſatione pulſationis ſolennis Campanæ, ad Congregationem accedent; cui à principio ad finem interſint, nec niſi veniâ à Cancellario aut Vice-Cancellario impetratâ diſcedant: Regentes vero

verò ad placitum, quoties ſpecialitèr requiſiti fuerint, aut aliàs, pro arbitrio ſuo, interſint.

Si quis ex neceſſariò Regentibus vel venire neglexerit, vel ſecùs quàm oportet diſceſſerit, pro primâ vice uno ſolido, pro ſecundâ duobus, pro tertiâ tribus ſolidis per Cancellarium, vel Vice-Cancellarium mulctetur. Et ſi, debitâ præcedente monitione, ulteriùs in negligentiâ perſeveraverit, à Domo Congregationis penitùs excludatur,

Ad magnam verò Convocationem ſinguli Doctores & Magiſtri Regentes & non Regentes, debitè præmoniti, venire; ibique, dum negotia ad Vniverſitatem ſpectantia tractantur, permanere (niſi juſtam abſentiæ cauſam à Vice-Cancellario requiſiti, ipſi approbaverint) noverint ſe fide datâ Vniverſitati obligari.

Tit. 14.

De Veſtitu & Habitu Scholaſtico.

§. 1. *De Veſtitu Præfectorum, Sociorum, & Scholarium Collegiorum; Et de modo in Veſtibus ſervando à cæteris.*

STatutum eſt, quòd omnes Præfecti, Collegiorum Socii & Scholares, necnon omnes Sacris Ordinibus initiati, prout Clericos decet, veſtiantur; & ea obſervent, quæ Canonicis ſanctionibus præcipiuntur.

Quòdque alii omnes (exceptis filiis Baronum in Superiore Parliamenti Domo ſuffragii jus habentium) veſtibus coloris nigri aut ſubfuſci ſe aſſuefaciant; nec, qnæ faſtum aut luxum præ

præ ſe ferunt, imitentur; ſed ab iis procul abſint.

Inſuper ab abſurdo illo & faſtuoſo, publicè in ocreis ambulandi more, abſtinere compellantur.

Etiam in capillitio modus eſto; nec cincinnos, aut comam nimis promiſſam alant.

Si quis verò in præmiſſis deliquerit; ſi Graduatus fuerit, pœna 6ˢ. & 8ᵈ, plectatur toties quoties. Si non Graduatus (ſi per ætatem conveniat) pœnâ corporali; ſin minùs, arbitrio Vice-Cancellarii vel Procuratorum (ita ut ſummam præfatam non excedant) coërceatur. Quas mulctas, partim ad Vniverſitatis, partim ad proprios uſus exigendi, Procuratores poteſtatem habeant.

Tit. 14. §. 2.

De reprimendis & puniendis novos & inſolitos Habitus invehentibus.

STatutum eſt, quòd, ſi contingat, aliquos, in Veſtitu novos & inſolitos Habitus introducere, Vice-Cancellarius, & Præfecti Collegiorum & Aularum, habitâ inter ſe deliberatione, de eodem ſententias ſuas in medium proferant.

Deinde Vice-Cancellarius Sciſſoribus ſive Sartoribus veſtiariis, hujuſmodi veſtes conficiendi poteſtate interdicat; & Præfecti ſuis ſinguli Scholaribus hujuſmodi veſtimentorum uſu interdicant.

Si majus remedio vitium invaluerit, nec pœnis, quamvis ſeveris (quas ſecundùm qualitatem delicti pro arbitrio infliget Vice-Cancellarius) morbi pertinacia expugnari poſſit; poſt tres monitiones, vel pœnas ordinarias ter inflictas, ad Bannitionem procedere licebit.

Habitu

Habitus Academici, ſingulis Gradibus & Facultatibus competentes. §.3.

STatutum eſt, quòd non-graduati, quotquot alicujus Collegii Socii, Probationarii, Scholares, Capellani, Clerici, Choriſtæ, denique quotquot de Fundatione Collegii cujuſvis fuerint, Studentes inſuper Ædis Chriſti, quoties in publicum in Vniverſitate prodeunt, Togis laxè manicatis, & Pileis quadratis induti incedent.

Quotquot verò Commenſales, Communarii, Batellarii, Servientes; quotquot denique de Fundatione Collegii alicujus haud fuerint, quoties in publicum in Vniverſitate prodeunt, Togis talaribus & Pileis rotundis induti incedent.

Graduati omnes, Togas Gradui & Facultati competentes, etiam Epomidas, & Pileos quadratos aut rotundos (Iuriſtæ ſcilicet & Medici) geſtabunt: præcipuè in Concionibus, Ordinariis

dinariis Prælectionibus, & Diſputationibus publicis.

In Concionibus verò ſolennibus, & ſingulis diebus Dominicis intra Terminum ante meridiem in Templo B. V. Mariæ, etiam in Æde Chriſti, & in XL^a^, & in Dominica Paſchatis poſt meridiem ad S. Petri in Oriente, Capis & Caputiis, ſive è Serico ſive è Minuto-Vario, obverſis, Concionibus interſint.

Concionatores itidem Habitu Gradui ſuo competente induti (pro ratione temporis, prout ceciderit intra vel extra Terminum) ad Eccleſiam accedant, & eodem induti Conciones ſuas habeant; ſub pœnâ 6^s^. 8^d^.

Lectores etiam & Profeſſores publici, in Lectionibus ſuis ordinariis, Togis Gradui vel Facultati ſuæ competentibus, Epomide, & Pileo induti, ad Scholas accedant, & eodem Habitu induti legant, ac iterùm à Scholis recedant. In ſolennibus autem Lectionibus in Veſperiis; Pileis, Capis, & Caputiis, Gradui vel Facultati ſuæ com-

competentib
cedant, lega
Quoties v
Convocatio
Conciones a
nes, præter
clauſas vel a
congrua adh
Doctores
cis intra Ter
Eccleſia B.
geſima, & in
meridiem in
ente, Capa
duti Conci
Si quis v
re deprehe
tus fuerit,
larii caſtig
ætatem co
primâ vice
ſecundâ 3^s^
tâ 6^s^ 8^d^, &
verò ad Co
cationem a
tente deſti

Tit. 14.

competentibus induti ad Scholas accedant, legant, ac iterùm recedant.

Quoties verò *ad Congregationes, Convocationes, Preces publicas & Conciones ad Clerum accedant, omnes, præter Togas, etiam Capas vel clauſas vel apertas,& Caputia Gradui congrua adhibeant.

* *A.*104.*a* *B.*51.*b.* *C.*23.*b.* *D.*8.*b.*

Doctores ſingulis diebus Dominicis intra Terminum,ante meridiem,in Eccleſia B. Virg. Mariæ;& in Quadrageſima,& in Dominica Paſchatis poſt meridiem in Eccleſia S. Petri in Oriente, Capa & Caputio coccineo induti Concionibus interſint.

Si quis verò in præmiſſis delinquere deprehenſus fuerit ſi non Graduatus fuerit, pro arbitrio Vice-Cancellarii caſtigetur (corporaliter, ſi per ætatem congruat;) Si Graduatus, pro primâ vice qua deliquerit, 20^{d}, pro ſecundâ 3^{s} 4^{d}, pro tertiâ 5^{s}, pro quartâ 6^{s} 8^{d}, & ſic toties quoties. Si *quis verò ad Congregationem vel Convocationem acceſſerit, Habitu competente deſtitutus, præter mulctam prædictam,

* *B.*111.*b.*

Tit. 14.

dictam, nullam omnino ſuffragandi poteſtatem eâ vice habeat. Quas mulctas ad uſum Univerſitatis exigendi, non ſolum Vice-Cancellarius, ſed & Procuratores poteſtatem habeant. Procuratores etiam ad pœnas conſimiles, ſi in exigendo negligentes fuerint, teneantur.

De

DE MORIBVS Confirmandis.

De Reverentia Juniorum erga Seniores.

§. 1.

STatutum eſt, quòd Iuniores Senioribus, id eſt, nondum Graduati Baccalaureis; Baccalaurei Artium, Magiſtris; Magiſtri itidem Doctoribus, debitam & congruam Reverentiam, tum in privato, tum in publico exhibeant: ſcilicet, ubi convenerint, locum potiorem cedendo; ubi obvii venerint, de viâ decedendo, & ad juſtũ intervallum caput aperiendo; atque etiam reverenter ſalutando & compellando. Inſuper quilibet Baccalaureus in Iure (qui non etiam

Tit. 15.

etiam inceperit in Artibus) cuilibet Magistro in Artibus ejusdem Anni cedere debet intra Vniversitatem, locumque dare.

Quódque omnes cujuscunq; conditionis (exceptis Procerum & Baronum, in superiori Parliamenti Domo suffragii jus habentium, filiis) qui nondum Gradum Magistri in Artibus, Baccalaurei in S. Theologiâ, Iurisprudentiâ, vel Medicinâ adepti sunt, quando (sive in Templis inter Concionandum; sive in Scholis publicis inter Prælegendum, Audiendum, & Disputandum; & in omnibus deniq; Actibus Scholasticis, præsertim coram publicis Vniversitatis Officiariis, Doctoribus, Magistris, vel Baccalaureis in Facultatibus prædictis) præsentes cum præsentibus affuerint, nudatis capitibus adstent, humiliterque & modestè se gerant. Vice-Cancellario autem & Procuratoribus omni curâ & ope annitendum est, ut hoc Statutum debitè observetur, puniendo ad arbitrium Iuniores si non præstiterint;

terint; Magiſtros, ſi non exegerint debitum obſequium. *Tit.* 15.

Proviſo tamen, quòd licebit Facultatis Artiũ Baccalaureis, Habitu Gradui competente indutis, in Scholis Artium vel Philoſophiæ, Pileos etiam in præſentiâ Magiſtrorum & aliorum induere.

Si verò aliqui ſecùs ſe geſſerint (ſi Iuniores fuerint, & qui nondum Gradum aliquem adepti ſint) à Vice-Cancellario & Procuratoribus, pro arbitrio caſtigentur; vel pœna corporali (ſi per ætatem congruat;) vel ſuſpendantur à Gradu per unum Terminum, toties quoties; & Libro Nigro, ſive Regiſtro Procuratorum, inſerantur nomina ipſorum. Si Graduati fuerint, 3ˢ 4ᵈ ſinguli mulctentur. Et ſi contumaces perſtiterint, Incarcerentur; ac inſuper, ſi quando ulteriorem Gradum ambiant, ſuſpendantur à Gradu per unum Terminum, toties quoties; & in Libro Nigro Procuratorum Nomina ipſorum inſerantur.

De

Tit. 15.
§. 2.

De coërcendis otiosis & malè feriatis Scholaribus in Civitate oberrantibus.

STatutum est, quòd Scholares (præsertim Juniores & non Graduati) per Civitatem ejúsve suburbia otiosi non obambulent; neque in Plateis, aut publico Foro, seu in Quadrivio (apud *Pennilesse Bench*, ut vulgò vocant) aut apud Oppidanorum seu Artificum officinias, stantes aut commorantes (quales vetera Academiæ nostræ Statuta Scurrivagos, & Trutannos vocant) conspiciantur.

Si quis absque rationabili causâ, à Procuratoribus vel Vice-Cancellario approbandâ, hac in parte delinquens deprehensus fuerit; si non Graduatus fuerit, pro arbitrio Vice-Cancellarii vel Procuratorum corripiatur, vel castigetur. Si Graduatus fuerit, 2s Vniversitati mulctetur. Et, si in contumaciâ perstiterit, Incarceretur.

Quod

Tit. 15. §. 3.

Quod Scholares, Conventibus Iuridicis, qui Seſſiones & Aſſiſæ vocantur, non interſint.

STatutum eſt, quòd nullus Scholaris cujuſcunque conditionis ad publicos & generales Conventus Iuridicos, vel Civitatis, vel Comitatûs Oxon. (qui Seſſiones aut Aſſiſæ vocantur) niſi ex cauſa rationabili, per Vice-Cancellarium approbandâ, accedat, vel iiſdem intereſſe præſumat; ſub pœnâ 10s. unicuique ibidem deprehenſo infligendâ; & Incarcerationis etiam, omnibus & ſingulis per Vice-Cancellarium vel Procuratores inde recedere juſſis, nec obtemperantibus: Cui adeundi carceris mandato, (quia graſſanti incommodo aliàs commodè occurri non poteſt) omnes & ſinguli, virtute juramenti Vniverſitati præſtiti obedire teneantur.

Iuniores autem, ut Tyrones, & alii non Graduati (qui illuc ſpectatum

Tit. 15. maximè confluere ſolent) ibidem deprehenſi, pro arbitrio Vice-Cancellarii aut Procuratorum pœnas dare teneantur.

De Domibus Oppidanorum non frequentandis.

§. 4. STatutum eſt, quòd Scholares & Graduati cujuſcunq; generis à domibus & officinis Oppidanorum de die, & præſertim de nocte, abſtineant. Præcipuè verò ab ædibus infames ſeu ſuſpectas Mulieres vel Meretrices alentibus, aut recipientibus; quarum conſortio Scholaribus quibuſcunque, ſive in privatis Cameris, ſive in Ædibus Oppidanorum, prorſus interdictum eſt. Et ſi quis de Die in iiſdem, vel earum aliquâ, deprehenſus fuerit (niſi rationabilem acceſſus ſui, moræve cauſam reddiderit) ſi non Graduatus ſit, pro arbitrio Vice-Cancellarii, vel Procuratorum, qui deprehenderint, caſtigetur. Si verò Graduatus fuerit,

3s.

Tit. 15.

3s. 4d. pro qualibet vice Vniversitati mulctetur. Quòd si quis ibidem de Nocte interesse deprehensus fuerit, pœnis Noctivagorum omninò subjiciatur. Quem in finem (in subsidium Vice-Cancellarii & Procuratorum) potestas sit Præfectis Ædium Domos Oppidanorum intrandi; ut explorent an aliqui è suis illic versentur de Die vel de Nocte. Si quis verò Magistratui vel Præfecto Domus, de nocte post clausas Fores ostium pulsanti, Fores sine morâ vel tergiversatione non recluserit, pro primâ vice mulctetur 20s. secundâ verò, Commercio cum Privilegiatis (si Oppidanus fuerit) aliâs Privilegio ipsi interdicatur.

Tit 15. §. 5.

De Oenopoliis, ſive Tabernis Vinariis, Popinis, & Diverſoriis non frequentandis.

STatutum eſt, quòd Scholares cujuſcunque conditionis, à Diverſoriis, Cauponis, Oenopolis, ac domibus quibuſcunque intra Civitatem vel Præcinctum Vniverſitatis, in quibus vinum, aut quivis alius potus, aut herba Nicotiana, ſive Tobacco, ordinariè venditur, abſtineant; niſi ex cauſâ neceſſariâ & urgenti, per Vice-Cancellarium aut Procuratores approbandâ. Quodquè, ſi quis ſecùs fecerit, octodecim Annis minor, nec Graduatus, publicè caſtigetur: major autem Annis octodecim, vel Graduatus, pro primâ & ſecundâ vice ſex Solidis & octo Denariis Vniverſitati mulctetur. Pro tertiâ autèm vice, per ſpatium unius Menſis incarceretur; vel, ſi Gradum aliquem ambiat, à tempore aſiàs completo, unum alium integrum Annum expectet, antequàm ad

Tit. 15.

ad ſupplicandum pro Gradu illo admittatur. Si quis verò ſic deprehenſus, Tutor fuerit; Vice-Cancellarius ipſi Tutoris munere prorſus interdicat. pro quartâ verò vice ab Vniverſitate expellatur.

Inſuper Oppidani (ſive Privilegiati fuerint, ſive non) qui contra formam hujus Statuti, Scholares in illum finem, in domos vel loca hujuſmodi receperint, pro primâ vice decem Solidos, pro ſecundâ viginti Solidos, Vniverſitati numerent: Si tertiò deliquerint, per duos Menſes, ſi quartò, per totum Annum, commercium iis cum Scholaribus & Perſonis Privilegiatis interdicatur, vel Privilegium, ſi fuerint Privilegiati.

Tit. 15.
§. 6.

De Nocturnâ Vagatione reprimendâ.

STatutum eſt, quòd omnes Scholares cujuſcunq; conditionis, quos occaſione quacunque extra Collegia ſua vel Aulas Veſperi agere contigerit, ante * horam nonam (quæ pulſatione magnæ Campanæ Collegii Ædis Chriſti denunciari ſolet) ad Collegia & Aulas proprias ſe recipiant; & quod ſtatim à pulſatione ejuſdem magnæ Campanæ, ſingulorum Collegiorum & Aularum Portæ occludantur & obſerentur. Quibus occluſis explorabunt nonnunquam Ædium Præfecti perluſtratis ſingulorum Cubiculis (ex præſcripto *S. Regis Iacobi*) utrum è ſuis aliqui extra Collegium vel Aulam ſuam pernoctent ſeu vagentur. Quodque * ſi qu is pòſteà extra Collegium proprium, vel Aulam, in Domo quacunque vel Plateâ, vel alibi intra Præcinctum Univerſitatis repertus fuerit (niſi cauſam rationabilem oſtenderit, per Vice-Cancel-

* N. 42. a.

* A. 58. a.

Tit. 15.

Cancellarium & Procuratores approbandam) ſi non-Graduatus fuerit, pro arbitrio Vice-Cancellarii vel Procuratorum puniatur, vel caſtigetur pœnâ corporali, ſi per ætatem congruat; alioqui Quadraginta Solidis mulctetur. Si vero Graduatus, Quadraginta mulctetur Solidis: Quas mulctas à quibuſcunque deprehenſis exigere, & ipſarum ſemiſſem in Fiſcũ Vniverſitatis redigere tenentur Procuratores fide ſuâ datâ Vniverſitati. Et niſi fuerit Magiſter Artium vel Baccalaureus Iuris à Procuratore, qualiſcunq; verò conditionis, à Vice-Cancellario (ſi propter contumaciam, ſuſpicionem fugæ, vel aliâ de cauſâ mereri videbitur) incarceretur, & ut perturbator Pacis habeatur. Si vero alius quis deprehendatur, ſive Perſona Privilegiata, ſive non, conſimilitèr puniatur.

Tit. 15. §. 7.

De Ludis Prohibitis.

STatutum eſt, quòd Scholares, cujuſcunque conditionis, abſtineat ab omni luſſus genere, in quo de pecuniâ concertatur; veluti à luſu Talorum, Aleatum, & Chartarum Pictarum; necnon à luſu Globorum, in privatis Oppidanorum areis hortiſque; nec hujuſmodi publicis luſibus, per *Statuta Regni* prohibitis, interſint. Quòdque nemo intra Vniverſitatem hujuſmodi Ludis ſe exercentes excipiat; ſub pœnâ, caſtigationis corporatis non-Graduatis (quibus per ætatem congruit;) aliis verò, & Graduatis, ſex ſolidorum octo denariorum (præter reſtitutionem ejus quod luſu illicito lucrati ſunt,) ſingulis qui in his deliquerint, irrogandâ; & viginti ſolidorum iis, qui hujuſmodi luſus exercentes exceperint; & ſub pœnâ Incarcerationis, donec de hujuſmodi ludentibus ulteriùs non excipendis, cautionem interpoſuerint.

Tit.15.

int. Et in his omnibus, toties quoties.

Item quòd abſtineant ab omni genere luſûs vel exercitii, ex quo aliis periculum, injuria, vel incommodum creatur; veluti à venatione ferarum (ut damarum, leporum, & cuniculorum) cum * Canibus cujuſcunque generis, Viverris, Retibus, aut Plagis; necnon ab omni apparatu & geſtatione Bombardarum, & Arcubaliſtarum; ſive etiam Accipitrum uſu ad aucupium: ſub pœnâ. caſtigationis corporalis non Graduatis (quibus per ætatem congruit;) aliis verò & Graduatis ſex ſolidorum octo denariorum, ſic delinquentibus, toties quoties, imponenda præter ſuſpendium Canum, & forisfacturam ſive amiſſionem Retium, Bombardarum, Arcu-baliſtarum, & hujuſmodi inſtrumentorum, quæ in uſum Vniverſitatis venundentur.

*B.111.a.

Item, quòd intra Univerſitatem Oxon: aut ejus præcinctum, abſque ſpeciali veniâ Vice-Cancellarii, nec *Funambuli nec Hiſtriones (qui quæſtus

*L.241.b. L.262.a.

Tit. 15.

ſtûs cauſa in Scenam prodeunt) nec Gladiatorum certamina ſive ſpectacula permittantur; nec Academici aut Scholares eiſdem interſint. Hiſtriones verò, Funambuli, & Gladiatores contravenientes incarcerentur. Et Scholares (ſi qui ad hujuſmodi ſpectacula confluentes deprehenſi fuerint) non Graduati, arbitrio Vice-Cancellarii, vel Procuratorum puniantur vel caſtigentur: Graduati autem, ſex ſolidos & octo denarios Vniverſitatis fiſco ſinguli pendant, toties quoties.

Item, quòd Scholares cujuſcunque conditionis (præſertim verò Graduati) ludum pilæ pedalis, intra Vniverſitatem ejuſve præcinctum, (maximè verò in publicis Vrbis Vicis & Plateis) ſive ſoli inter ſe, ſive cum Oppidanis intermixti, omnino non exerceant; nec rudibus, inter ſe, aut cum Oppidanis, batuant (vulgò *Cudgell-play*;) unde periculoſiſſimæ contentiones ſæpenumerò exardeſcunt; aut hujuſmodi ludorum ſpectatores

Tit. 15.

tores se præbeant. Quod si aut ipsi jussisse, aut vanis hujusmodi ludis (ut spectatores) ultrò interfuisse convicti fuerint; Juniores quidem, non Graduati & infra Annos octodecim, palàm castigentur Corporaliter. Graduati autem, vel octodecim Annis majores, ut perturbatores Pacis puniantur ad arbitrium Vice-Cancellarii vel Procuratorum. Clerici denique & Sacris Ordinibus initiati (si qui tales in prædictis deliquerint) ab Universitate expellantur.

De famosis Libellis cohibendis. §. 8.

SIquis aliquid scripto composuerit, unde alicujus existimatio & fama lædi possit; vel aliquid ejusmodi ab alio compositum exscripserit; aut à se lectum, vel ab alio recitante auditum, ad Vice-cancellarium protinùs haud detulerit; vel quoquo modo in vulgus sparserit aut disseminaverit, tanquam Pacis perturbator banniatur.

De

Tit. 15. §. 9.

De Contumeliis compescendis.

STatutum est, quod si quis verbis contumelioſis quenquam impetiverit, vel si quis in Concione, Oratione, Fabulâ, vel alio quocunque modo, quicquam publicè protulerit vel ediderit, in quo Doctoris cujuſquam, Magiſtri, vel honeſtæ conditionis ſtudioſi exiſtimatio & fama lædi poſſit, vel perſona diriſui ſeu ludibrio exponi; tanquam Pacis Vniverſitatis perturbator, coram Vice-cancellario conveniatur; & exemplar Concionis, Orationis, ſive Fabulæ exhibere, vel (ſi nullum habere ſe exemplar præ ſe ferat) virtute Juramenti ad objecta reſpondere teneatur. Et, ſi judicio Vice-Cancellarii convictus ſuper horum aliquo fuerit, pro qualitate delicti (quæ ex circumſtantiis & perſonis, tum proferentibus, tum in quas convitia prolata ſunt, cenſenda eſt) Incarceratione, vel Recantatione publicâ, Bannitione (pro arbitrio Vice-

Vice-Cancellarii) præter ſatisfactionem Parti læſæ exhibendam, puniatur. *Tit.* 15.

De vi & injuria prohibenda. §. 10.

STatutum eſt,* quòd (ſi quis ſtudioſus, aut alius cujuſcunq; conditionis, alteri de damno corporali inferendo minatus fuerit; vel alium ad pugnam provocaverit; aut capite vel humeris impulerit quempiam, ſeu arietaverit; aut veſtimenta alterius laceraverit, diſciderit, aut quoquo modo corruperit;) *mulctetur* Vniverſitati *quatuor* ſolidis. Si quis cubito, palmâ, pugno, vel pede percuſſerit, *quinque* ſolidis.

* *A.* 62. *a. B* 78. *a. C.* 119. *b.*

Si quis baculo, lapide, clavi, vel conſimili, aliquem percuſſerit, vel feneſtras alicujus fregerit, 6. 8^d. Incarceretur inſuper; & repellatur à Gradu per duos Terminos ad minimum. Si quis alium ad pugnam (in qua vitæ diſcrimen adeatur) laceſſiverit, vel laceſ-

Tit. 15.

laceſſitus acceptaverit, vel cultellum, pugionem, gladium, aut aliquod aliud genus teli, aut diſtrinxerit, aut intentaverit cum minis (aut ità, ut conjicere liceat, animo lædendi factum) 20s ſuſpenſione à Gradu (ſi quem ambiat) per integrum Annum ad minimum; & incarceratione, quamdiu Vice-Cancellario videbitur.

Si quis Cultello, Pugione, Gladio, vel aliquo alio telo, ſeu inſtrumento aliquem percuſſerit, unde leve vulnus & modica effuſio ſanguinis ſequatur, pœnas proximè præcedentes incurrat; & inſuper veniam genibus flexis petat in Domo Convocationis.

Si quis verò Cultello, Pugione, Gladio, vel aliquo alio telo, ſeu inſtrumento aliquem ita ſauciaverit, ut indè proveniat debilitatio (diù aut perpetuò duratura) ex copioſa ſanguinis effuſione; aut mutilatio totius membri vel Articuli alicujus, unde ipſe Articulus vel uſus ejus deperditur; aut periculum vitæ (etiamſi mors non ſequatur;) Banniatur. Et ſimiliter;

ſi

si quis armatos congreget, aut pro impedimento Iustitiæ; aut ut damnum aliquod, sive corporale sive non, alicui inferat. Eadem esto pœna, si quis (sciens volensque) in Templo aut Cœmiterio, quenquam pugno, volâ, aut calce percusserit; vel capite, humero, cubitóve quenquam impulerit, seu arietaverit. Tit. 15.

Insuper in his omnibus pœnè Gradibus, Pars peccans satisfacere Parti læsæ teneatur (pro ratione damni illati) arbitrio Vice-Cancellarii: & prætereà, si per ætatem & Gradum liceat, puniatur corporalitèr, publicè in Domo Congregationis.

De Armis non gestandis. §. 11.

STatutum est, quòd nullus studiosus, aut alius, intra Vniversitatis ambitum, sive offensiva, sive defensiva * Arma (veluti Gladios, Pugiones, Pugiunculas (vulgò *Stillettoes*) Sicas, Arcus & Sagittas, Bombardas) vel tela aut

* A. 58. a. B. 74. b. C. 53. b. D. 14. b.

aut instrumenta bellica, de die vel de nocte gestet, nisi cum ad loca remota proficiscí, vel à remotis reverti eum contigerit; Exceptis, qui honestæ recreationis causâ arcus cum sagittis portaverint. Et si quis secùs fecerit (etsi nulli insultum fecerit) tanquàm Pacis perturbatæ suspectus incarceretur, donec itidem de Pace conservandâ fidejusserit; & præter amissionem Armorum (quæ à Vice-Cancellario vel à Procuratoribus, ut forisfacta capiantur) *duobus solidis* Universitati *mulctetur.*

Quòd si alteri insultum vel injuriam fecerit puniatur ut suprà §. præcedente.

De

Tit. 15. §. 12.

De Conventiculis illicitis reprimendis.

STatutum eſt, quod nullus cujuſcunque Gradus, ſive Status, Conventicula illicita intra Vniverſitatis præcinctum inſtituat, aut iis quoviſmodo interſit, aut in domo vel hoſpitio ſuo haberi permittat. Qualia cenſenda ſunt, in quibus, contra Pacem publicam, Doctrinam vel Diſciplinam Eccleſiæ, vel regimen & tranquillitatem Vniverſitatis, quicquam deliberatum vel geſtum fuerit: vel in quibus homines (ſecùs quàm Statutis Regni, Canonibus Eccleſiæ, vel Ordinationibus Vniverſitatis permittitur) vel palam, vel occultè conveniunt.

Inſuper, nequis confœderationes ſive conſpirationes ineat, unde Cancellarius, Procuratores ſeu alii Miniſtri Vniverſitatis in executione Officiorum ſuorum ſecundùm Statuta & Ordinationes ejuſdem, impediri vel perturbari poſſint. Nevè quis hujuſ-

modi conventicula ineuntes (ſibi notos aut probabiliter ſuſpectos) celet; quin ipſos Vice-Cancellario protinùs denunciet & revelet; ſub pœnâ expulſionis, & forisfacturæ ſive amiſſionis omnium bonorum, juxta Chartam Regis *Richardi* ſecundi.

§. 13. *De Authoribus & Fautoribus Diſſentionis puniendis.*

STatutum eſt, quod nullus Studioſus, cujuſcunq; conditionis, Pacem vel Concordiam impediat; aut (ſiqua inter aliquos diſſentio exorta fuerit, occaſione Nationis, aut Patriæ, aut Facultatis, vel quacunque alia de cauſa) eam foveat vel accendat; aut alteri Partium opem aut conſilium præbeat. Cujus criminis qui ſuſpectus fuerit, ut Perturbator Pacis conveniatur; &, ſi convictus fuerit, iiſdem pœnis, quibus Pacis Perturbatores, ſubjiciatur.

Tit. 15. §. 14.

De Oppugnatoribus & violatoribus publicæ Authoritatis, & manutenentibus coërcendis.

STatutum eſt, quod nullus Studioſus, aut alius, cuivis cauſæ ad alium pertinenti ſe immiſceat coram Vice-Cancellario vel Procuratoribus, niſi fuerit alterius Partis in Iudicium vocatæ Tutor, Procurator Advocatus, Aſſignatus, Teſtis neceſſarius, Creditor, Fide-juſſor, Sponſor, Executor, Iudex, Impar, aut Arbitrator in quacunq; cauſa electus, vel alias, ex honeſta aliqua cauſa, conjuncta perſona.

Nec in cauſa propria vel aliena, contra Vice-Cancellarium, vel Procuratores eorumve Deputatos, verba injurioſa vel opprobrioſa proferat; aut quicquam quod eoſdem in executione Officiorum ſuorum quoquo modo (in judicio aut extra) impediat, aut inquietet, agat, aut conetur.

Quorum criminum qui rei fuerint (ſive per convictionem, ſive evidentiam

Tit. 15.

tiam facti) ut Pacis perturbatores tractentur. Et qui se alienis causis & negotiis immiscet, *tredecim solidos & quatuor denarios*; Qui autem verba contumeliosa (in Iudicio vel extrà) protulisse, vel publicos Officiarios præfatos in executione Munerum & Officiorum suorum impediisse convictus fuerit, 40 solidos Vniversitati solvere teneatur; incarceretur insuper & veniam flexis genibus in Domo Convocationis petat: ac demum a Gradu (si quem ambiat) per integrum Annum repellatur. Quod si Privilegiatus fuerit aut Oppidanus, pro arbitrio Vice-Cancellarii & quantitate delicti, ad tempus Privilegio, aut commercio cum Privilegiatis ei interdicatur.

Si quis verò eò audaciæ prorumperit, ut in Cancellarium, seu Vice-Cancellarium, Procuratores vel eorum Deputatos, sive Locum-tenentes manus violentas injecerit, vel injicere tentaverit, vel minatus fuerit; eo ipso Vniversitatis finibus perpetuò expellatur,

latur, ſi Studioſus fuerit; aliàs Privile- *Tit. 16.*
gio vel commercio cum Privilegiatis, reſpectivè, ipſi interdicatur.

DE CONCIONIBVS.

De Concionatoribus approbandis. §. 6.

STatutum eſt, quòd in Eccleſia Beatæ Virginis Mariæ, aut alibi coram Vniverſitate, vel intra præcinctum ejuſdem, nemo Concionari præſumat, niſi qui ſaltem Magiſter in Artibus ante quatuor annos, aut Baccalaureus Iuris ante ſex annos fuerit, ſacris inſuper Ordinibus initiatus; quique judicio Vice-Cancellarii aliquando approbatus, ſub *Chirographo* ipſius idipſum teſtatum habeat.

Si quis ſecùs fecerit, mulctetur toties quoties *viginti Solidis.*

Tit. 16.

§. 9.

De Offensionis & Dissensionis materiâ in Concionibus evitandâ.

STatutum est, quòd si quis pro Concione aliquâ, intra Vniversitatem ejúsve præcinctum habitâ, quicquam Doctrinæ vel Disciplinæ Ecclesiæ Anglicanæ publicè receptæ dissonum aut contrarium; aut publicâ authoritate, ad tempus vel aliter, prohibitum protulerit, sive protulisse ab ipso Vice-Cancellario suspectus, vel ab alio aliquo rationabilem suspicionis causam afferente, delatus fuerit; Quòd postulanti Vice-Cancellario, sive ejus Deputato, Concionis suæ verum exemplar, eisdem terminis conscriptum virtute juramenti tradet; vel, si prætendat se Exemplar non habere, de iis de quibus suspectus vel delatus fuit, directè virtute juramenti respondebit.

Deindè verò Vice-Cancellarius, sive ejus Deputatus, verbis, sensúve eorum, quæ in quæstionem vocantur, in medium prolatis, & ritè perpensis, adhi-

adhibito consilio sex aliorum S. Theol. Doctorum, (quorum unus sit S. Theologiæ Professor Regius, si Concioni interfuerit) si quem criminis objecti reum invenerit, cum pro arbitrio, vel à munere prædicandi intra præcinctum Vniversitatis suspendet; vel ad ea, quæ protulit, recantandum adiget. Sin verba ad seditionem aliquam in Vniversitate, vel Societate, sive Communitate aliquâ excitandam, Vice-Cancellario tendere videantur, ipse solus * Vice-Cancellarius, adscito sibi uno aliquo S. Theol. Doctore, qui interfuit, incarceratione, mulctâ Pecuniariâ, vel Recognitione publicâ (prout ipsi videbitur) puniat; & prædictorum criminum suspectus, perturbatæ pacis reus habeatur.

Tit. 16.

*KK. 314. b

Tit 16.

§. 10.

De Officiis Divinis, seu Precibus solennibus juxta Liturgiam Ecclesiæ Anglicanæ, & Concionibus publicis frequentandis.

STatutũ est, quòd ad Officia Divina, sive Preces solennes juxta Liturgiam Ecclesiæ Anglicanæ & Conciones publicè coram Universitate habendas, omnes Doctores, Magistri, Graduati & Scholares, diligenter accedant, & eisdem debitâ cum reverentiâ & attentione, quoad peractæ fuerint, à principio usque ad finem intersint.

Nec quisquam, dum ejusmodi Divina Officia, & Conciones coram Universitate habentur, ad aliam Ecclesiam, vel Ecclesias, divagari permittatur: sub pœnâ castigationis corporalis Junioribus, quibus per gradum & ætatem convenit; vel alias 3 s & 4 d, infligendâ.

Ad Latinas autem Conciones pro initiis Terminorum, singuli Collegiorum

rum & Aularum Præfecti, universo Studiosorum suorum cœtu, Habitu Scholastico & Gradui competente indutorum, concomitati accedant. *Tit. 16.*

Quòd idem, quotiescunque alicui ex prædictis Præfectis, ante Meridiem in Dominica quavis intra Terminum, Concionandum fuerit, præstari, atque observari præcipimus.

DE

De FEVDIS, AD Vniverſitatem, Officiariis, & Servientes, pertinentibus.

QVoniam varia ac multiplicia Feuda, pro diverſâ Perſonarum & Graduum conditione, multis nominibus exigenda veniunt; quæ omnibus nota & perſpecta eſſe, illorum intereſt, tum quibus, tum à quibus debentur (horum ſiquidem ignoratio, & Hos fraudi magis opportunos,

tunos, & illos iniquis ſuſpicionibus magis obnoxios reddit.) Statutum eſt, quod *Feuda* ad Vniverſitatem, Officiarios, & Servientes quoſcunq; ſpectantia, ſeverè ac diligenter examinata, & in *Tabulas penſiles* redacta, in Apodyterio Domui Congregationis vicino, palâm omnibus ſpectanda & legenda proponantur; Nec ultrà Feuda illic præſtituta, quiſquam à quovis, Feodi nomine, quicquam exigere præſumat, ſub pœnâ pro arbitrio Cancellarii irrogandâ. Sed nec Feoda ſibi debita quiſquam per ſe & immediatè à quovis recipiat, ſed Bedellorum operâ & miniſterio in colligendis Feodis ſibi debitis utatur.

Illud antè omnia cavendum diſtrictè præcipimus, ne Feoda expreſſa in *Tabulis Archetypis* (ſigillo Honoratiſſimi *Cancellarii Guilielmi Archiepiſcopi Cantuar:* ſignatis, & una cum Authentico Statutatorum exemplari in Chartarum ac Munimentorum Abaco repoſitis) quovis prætextu aut colore poſthàc augeantur ſeu ampliſicentur;

Tit. 19.

ficentur; Neve quis de amplificandis Feodis hiſce, aut eorum quocunque ſupplicationem ullam in *Domo Convocationis* proponere præſumat, ſub pœna *bannitionis* ipſo facto incurrendæ, niſi priùs *Cancellarius* Præfectorum arbitrio rem permiſerit, iique in conventu ipſorum ordinario Supplicationis æquitate ritè penſatâ, dignam cenſuerint, quæ ad Venerabilem *Domum Convocationis* referatur.

De

De IVDICIIS.

De Incarceratione, Cuſtodiæ cauſâ. §. 11.

SI quis de perturbata Pace, vel gravi aliquo Crimine, Vice-Cancellario delatus, vel ſuſpectus, vel ab ipſo deprehenſus fuerit; Statutum eſt, quod Carceri cuſtodiæ cauſâ committatur. Et, ſi Studioſus cujuſcunque Gradus, vel Perſona Privilegiata, aut etiam Oppidanus, (dummodo in Cauſa cognitionem *Cancellarii* ſpectante, altera pars extiterit) juſſus à Vice-Cancellario, vel, ejuſdem Mandato, à Bedello requiſitus fuerit in Carcerem ſe conferre, ſtatim obtemperare teneatur;

Tit. 21.
* A.62.b.
B.75.b.
C.55.a.
D.23.b.

tur; vel ſi recuſaverit ab * Vniverſitate penitus expellatur. Quòd ſi Privilegiatus fuerit vel Oppidanus, Privilegio, aut commercio cum Privilegiatis, reſpectivè, ipſi interdicatur. Proviſo tamen, quòd (ſi Fide-juſſores idoneos, de comparendo in *Judicio*, & uſque ad Sententiam permanendo, interpoſuerit) à Carcere liberetur. Quòd ſi Fide-juſſores dare non poterit, Vice-Cancellarius, vel is qui detulit, intra duos dies, crimen in *Judicium* deducat; &, quamprimùm fieri poteſt, examinato Negotio, de eodem ſecundum *Juris* exigentiam ſtatuatur.

De

Tit. 21.

De Reis, Majorum Criminum Convictis.

§. 13.

SI quis perturbatæ *Pacis*, vel gravis alicujus *Criminis Reus* (etiamsi intra privatum Collegium quodcunq; vel Aulam perpetrati; si privata Statuta hujusmodi *Crimini* pœnam nullam ponant; aut Parti læsæ intra privatos parietes satisfieri non possit) per Probationes legitimas & sufficientes convictus fuerit, aut deprehensus in ipso facto, (Actu desuper, à Registrario, confecto) in pœnis juxta *Juris* et *Statutorum* exigentiã, condemnetur; & * quoad satisfecerit, vel de satisfaciendo, & Pace conservandâ, & honestè se gerendo Cautionem sufficientem (scilicet fide-jussoriam) interposuerit, incarceretur: ejusq; nomen, crimen, condemnatio, & cautio, & quotâ vice sic deliquerit, in Registro Vice-Cancellarii ad hoc specialiter designato, Registretur. * Et, si quis quartò, in perturbatione Pacis, vel in eodem

* *A.* 63. *a.* *A.* 58 *b.* *B.* 75. *b.* *C.* 55. *a.* *D.* 15. *b.*

* *A.* 63. *b.*

Tit. 21. eodem gravioris alicujus *Criminis* genere deliquîſſe; convictus fuerit, in perpetuum ab Univerſitate expellatur.

§. 14. *De Iis qui de ſe Iuſtitiam fieri non permittunt.*

SI quis de Crimine aliquo accuſatus vel ſuſpectus, fugam fecerit; vel ſi quis in Plateis. vel Domibus, viſo Vice-Cancellario vel Procuratoribus, ut culpæ conſcius (ſcilicet galero vel ocreis indutus) in fugam ſe conjecerit; Vel poſt Citationis Schedulam oſtio Cameræ vel Domus, in quâ morari conſuevit, affixam, die ac tempore præſtituto coram Vice Cancellario ejuſve Deputato non comparuerit; vel comparens cum numero ſupra tres vel quatuor ſe ſtiterit; vel de ſe *Iuſtitiâ* fieri non permiſerit (utpote, juſſus à Vice-Cancellario, *Carcerem adire recuſaverit, vel Incarceratus, priuſquam legitimè ſolutus vel liberatus

*A. 62. b. B. 75. b.

liberatus sit, exierit) Bannitus statim denuncietur, ejusque nomen in Registro Vice-Cancellarii Registretur. Et si *Clericus* fuerit, qui ad locum aliquem extra Vniversitatem se receperit (nisi intra mensem à tempore quo requisitus fuerit, se submiserit) illius nomen, simul cum delicto, de quo notatus vel convictus fuerit, * *Diœcesano* Loci in quo moratur, sub Sigillo communi Vniversitatis transmittatur, ut contra ipsum per *Diœcesanum* procedatur. *Tit. 21.*

* *A.* 110. *a* *C.* 31. *b.* *D.* 22. *d.*

Quòd si quis, Mandato Vice-Cancellarii per Bedellorum aliquem arrestandus, Bedello *Warrantum* Vice-Cancellarii monstranti, vel manus injicienti, protinus sese haud dediderit, in Carcerem, vel Custodiam alicubi compingendum; quin potius fugâ se subducere, aut vi è manibus Bedelli eluctari paraverit: Ipso facto, si Persona Privilegiata fuerit, Privilegiis Vniversitatis exuatur; Sin Scholaris fuerit, Banniatur, & si Graduatus fuerit, Gradu privetur.

Tit. 21. §. 16.

De Perturbatoribus Pacis, sive Iis quorum Appellationes recipiendæ non sunt.

CVm, de Jure Communi, *Appellationis* beneficium quibusdam denegandum sit; nonnunquam præ odio delictorum quæ commissa sunt; nonnunquam ad compescendam eorum insolentiam, qui in mediis tumultibus (quando silent leges; ac imperio utendum est, ubi Lege agi non potest) Iuris obtentu se contra Legum ac Magistratuum *Authoritatem* muniunt: Statutum est, * quòd *perturbatæ Pacis*, sivè quorundam Criminum inferiùs enumeratorum *Reis*, (hoc est, vel probabiliter *suspectis, vel convictis) omni prorsùs *Appellandi* potestate interdictum sit: cujusmodi sunt,

* A. 59. a. 84. b. B. 73. a.

*B. 103. b. C. 142. b.

KK. 377. b.

Primò, * qui ad aliorum Existimationem minuendam, *libellos famosos condiderunt*, seu in vulgus *sparserunt*; aut etiam recitando, vel transcribendo, publicârunt; quive ab aliis recitatos

tatos vel lectos *audiverint*, nec protinùs ad Vice-Cancellarium Recitantis aut Legentis nomen *detulerint*; Vel, qui, sivè in Exercitiis publicis, sivè in Scena publicè, ad alicujus contumeliam & infamiam *quicquam protulerunt*; vel, * qui de damno alicui inferendo *minati sunt*. Tit. 22. *A.63.b.

Secundò, qui aliis *vim intulerunt*, aut inferentibus opem præbuerunt; scilicet impellendo, percutiendo, verberando, vulnerando, aut simile aliquid committendo.

Tertiò, * qui *Arma*, secùs quàm Statutis Vniversitatis permissum est, portaverunt; & qui, de *nocte vagati* sunt; & qui * *Ebrietatis*, *Perjurii*, *Fornicationis*, vel *Adulterii*, & his similia Crimina perpetrârunt, vel horum participes fuerunt. *L.242.a. *B.110.K.4.

Quartò, qui coram *Domino Cancellario*, ejusvè Commissario, aut ipsius Deputato, legitimè moniti sivè citati, *comparere recusârunt*; vel comparentes, cum multitudine accesserunt; vel in eundem verba opprobri-

Tit. 21.

osa conjecerunt; vel Carcerem adire jussi, non obtemperârunt, aut inde injussi se proripuerunt; vel qui de se, aut aliis, *justitiam fieri* non permiserunt; vel, post tres conformes sententias, non acquieverunt.

Quintò, qui privatim, *Conventicula* sivè Conspirationes & Confœderationes, vel publicè turbas Hominum congregaverunt, vel eisdem ultrò interfuerunt; Quivè pro Concionibus, quicquam ad seditionem aut factionem in Vniversitate, vel Collegio aliquo Aulâve, alendam, aut excitandam; * vel, quod Doctrinæ, aut Disciplinæ Ecclesiæ Anglicanæ deroget aut dissentiat, dissemînaverunt; aut qui exemplar Concionis aut Orationis alicujus Publicè habitæ, à *Cancellario* vel ejus Commissario requisiti exhibere recusaverunt; aut, Concionis exemplar non habere se prætendentes, de iis de quibus suspecti seu delati fuerint, virtute *Juramenti* directè respondere abnuerint.

*N. 43.

Decretum est denique, quod, qui

Rei

Tit. 21.

Rei peraguntur horum *Criminum*, vel alicujus illorum, cui *Statuto* aliquo jam edito, vel in posterum edendo, *Appellationis* remedium interdicitur, quodve in aliquo *Statuto* inter *Crimina perturbatæ Pacis* numeratur. Quivè ab hominibus fide dignis delati: vel Judicio *Domini Cancellarii*, ejusdemvè Commissarii sive Vice-Cancellarii, aut Deputati sui, de iis probabiliter suspecti fuerint; nec à Decreto aliquo Interlocutorio, prætextu gravaminis, nec à Sententia Definitivâ, prætextu injustitiæ, appellare possint: Sed, quâcunque *Appellatione* non obstante, ejusdem Decreto sive Sententiæ obtemperare teneantur; modò graviorem pœnam, quàm quæ per *Statuta* irrogatur, (ubi aliqua irrogatur) alicui non imponat.

Append. Stat.

Statuta Bibliothecæ Bodleianæ, promulgata & confirmata in Domo Convocationis, *Anno Dom.* 1620.

§. 6.

De modo Studendi: Necnon de Libris in Quarto & Octavo.

QVemadmodũ omnibus *Bibliothecam* frequentaturis liberum licitúmque esse volumus (si ad eum modum habiles fuerint, quem modò explicabimus) cuncta *Volumina* Pluteis per Catenulas alligata perlustrare, dum ea confibulare, adstrigmenta in nodum colligere, implexas eorum

eorum Catenulas extricare, ſuis quæque locis digeſta (ſic ut offenderant) reponere meminerint (ſi ſecùs fecerint, Ære negligentiam ſuam, pro arbitrio Vice-Cancellarii, luituri.)

Append. Stat.

Ita, minoris formæ *Volumina* in Quarto & Octavo, quæq; in Clathris, & ſub Cuſtodiâ *Bibliothecarii* ſolius continentur, ne contrectatione nimiâ, & pervolutatione corrumpantur (quando ob antiquitatem, raritatem, pretium, ſpeciem, aut aliam denique præſtantiorem ob notam magni æſtimanda fuerint) hâc lege, viſendi cupidis exhibeantur. In manus cuique & numeratò tradantur; coràm evolvantur; ante diſceſſum reddantur: Qui hanc Legem violaverit, in duplum cujuſque Libri valorem (quem ſic retinuerit aut celaverit) condemnetur; &, ſi deſtinatâ animi improbitate id factum comprobetur, è *Bibliothecâ* in perpetuum ejiciatur. Porrò, quoàd *Manuſcripta Volumina* (quæ promiſcuè ſingulis in Bibliothecam admiſſis ſine diſcrimine utenda

Append. Statut.

exponi non poteſt periculo carere) Statutum eſt, quòd præter volumina dudum Archivis incluſa, & Mſs. Codices H: H: c.c. *Guil: Comitis Pembrochiæ*, & *Guilielmi Archiepiſcopi Cantuarienſis* peculiaribus Clathris concluſos) reliqua etiam *Volumina* Mſs. ſparſim nunc collecta, in unum colligantur, & ſub Clathris ſeu Cancellis concluſa teneantur, nec cuiquam qui non ſit actu Membrum Univerſitatis, utenda permittantur; niſi qui in Artibus Magiſtrum aut ſaltem Jure-Civili Baccalaureum adduxerit, ſibi adſtiturum vel aſſeſſurum quamdiu codice quovis Mſs. utetur, quique de libro indemni, & illæſo redhibendo ſpondeat.

Ann. Dom. 1613.

Statuimus, quòd Artium Baccalaurei, qui à die Præſentationis biennium integrum non compleverint, non permittantur frui beneficio publicæ *Bibliothecæ*, niſi ab Aulis & Collegiis ſuis ſinguli venerint ad *Bibliothecam*, veſtiti Habitu ſeu Capâ, Caputio ſive Cucullo, & Pileo; Quæ non

non priùs exuent, quàm à *Bibliotheca* reversi fuerint: Si quis secùs facere præsumpserit, sciat se privatum fore omni beneficio ejusdem *Bibliothecæ*, per spatium trium mensium proximè sequentium. Curabit autem diligenter *Bibliothecarius*, & (in absentia ejus) inferior Bibliothecarius, sub virtute Juramenti; ut hoc Statutum (quantum in illis est) debitæ executioni demandetur. Provisò, quod hoc Statutum non præjudicabit ullo modo filiis Magnatum, & Procerum aut Dominorum in Parliamento Suffragii jus habentium; aut inferiori Bibliothecario, qui Libris distribuendis occupatus, commodè ita vestitus incedere non potest. *Append. Statut.*

Statuimus, ut Baccalaurei Artium, & omnes alii non-Graduati in posterum à Lectione Librorum Studiis suis minime competentium abstineant; Quòd si quis deliquerit contra formam hujus Statuti, & admonitus per *Bibliothecarium* vel ejus Deputatum non resipuerit, tradetur statim nomen §. 4.

Append. Stat.

nomen ejus per Custodem *Bibliothecæ* sive ejus Deputatum, Vice-Cancellario aut Procuratoribus, ut debitâ pœnâ ab ejsdem puniatur.

§. 5. Statuimus, ut non-Graduati, Facultatis Artium Baccalaurei, & minoris denique ordinis Graduati omnes, senioribus debitum obsequium & reverentiam præstent (quam primùm eos viderint ad Scamnum, sive Pluteum, in quo fuerint, accedentes) loco cedendo; vel aliter, Librum, quo prius usi fuerant, tradendo, si res ita tulerit: Quòd si querela aliqua, eaque justa contra aliquem pervenerit ad aures Pro-Cancellarii, sivè Procuratorum, beneficium unius Termini in Gratiâ suâ deinceps proponendâ pars delinquens amittet; aut aliter per Vice-Cancellarium punietur; & Registrarius Academicus delictum hoc in Registro suo fidelissimè annotabit.

§. 6. Quia multi, Statutum de non introducendis Extraneis, aut injuratis in Bibliothecam publicam studendi causâ, penitùs ignorantes, aut non satis atten-

attendentes, pœnam incurrant graviſſimam; ſi quis in poſterum deliquerit in hoc genere, ſciat ſe incarcerandum; præter Pœnam pecuniariam arbitrio ac judicio Vice-Cancellarii delinquenti infligendam. *Append. Stat.*

Statutum eſt, quòd nullus, ſub pœnâ trium ſolidorum & quatuor denariorum, legendo in aliquem Librum incumbat; Charta ſive libello aliquo chartaceo aut membranaceo propoſito, ſuper Librum aliquem ſcribat: nam hoc modo vel atramenti ſuffuſione, vel ſollorum replicatione, vel ſordibus contractis contaminabitur, in non modicum detrimentum Librorum tam inſignium: Poſtremo curabit diligenter unuſquiſq; Studioſus, ut Libri è manibus ſuis depoſiti, ac repoſiti in locum ſuum, ûtramque faſciam, ſive fibulam, aut omnes (ſi plures fuerint) firmiter nectat, atque colligat in nodum: delinquentes contra hoc Statutum ſolvent (toties quoties) duodecim denarios, nomine pœnæ. §. 7.

Statuimus inſuper, ſi quis à *Bibliothecario* §. 8.

Append. Statut.

thecario, vel ejus Deputato, aut aliquo Officiario Bibliothecæ, (interrogatus de nomine ſuo, & Collegio ſive Aulâ) non reſponderit ſtatim juxta rei veritatem; quòd ipſo facto à *Bibliothecâ* publicâ amovebitur, quouſque per Congregationem Regentium, Gratiâ, ſecundò propoſitâ & conceſſâ, idoneus cenſebuitur.

§. 9. Statuimus, idq; ſub Pœna *perjurii*, ſi cui jurato probe conſtiterit, aliquem injuratum, aut non admiſſum juxta Statutorum exigentiam, in *Bibliothecâ* commorari ſtudendi ergò; quòd ſtatim revelet nomen ejus *Bibliothecario* aut ipſius Deputato, ut ab iiſdem mature proſpiciatur, ne quid *Bibliothecæ* detrimenti capiat.

1615. §. 5. Pro explanatione cujuſdam Statuti controverſi (quo cavetur, quod Baccalaurei Artium, & omnes alii non Graduati, abſtineant in poſterum à lectione Librorum, ſtudiis ſuis minimè competentium;) Decretum eſt, quod Baccalaurei & non-Graduati non vagabuntur de loco ad locum; ſed in

in ea parte *Bibliothecæ* ſedulo ſtudiis ſuis incumbent, in qua Libri Facultatis Artium (iique ſoli) continentur. Proviſo ſemper, ne Exteris & Peregrinis, vel Iuris, aut Medicinæ ſtudioſis fraudi ſit, quin Libris Facultatis ſuæ reſpectivè frui liceat.

Append. Statut.

ΕΠΙΝΟΜΙΣ.

ΕΠΙΝΟΜΙΣ:
SEV
EXPLANATIO IVRAMENTI, QVOD de obſervandis Statutis Vniverſitatis à ſingulis præſtari ſolet; Quatenùs ſcilicet, ſeu quouſque obligare jurantes cenſendum ſit.

QVoniam aliis reſtrictior & moroſior, aliis contra laxior & diſſinctior eſt Conſcientia; *Illi leviſſimos quoſq; lapſus ſuos calumniari nati ſunt, et ſeſe nõ ſapiùs immorigeros, quàm perjuros eſſe arbitrãtur;*

tur; Hi quoscunque Legum nexus, Iurisjurandi Religionem, conscientiæ laqueos strophis suis eludere satagunt, & ipsi sibi palpum obtrudunt: Non abs re fore visum est explicare, quatenùs seu quousque Iusjurandi de Statutis Vniversitatis observandis, præstiti Religione teneri seu obligari singulos censendum sit; in eóque tale temperamentum sequi, ne vel, duriùs interpretando, illis crucem figere; vel vel benigniùs, his fibulam laxare videamur.

Qui in re, hoc inprimis attendendum est, verbis Statutorum, in qua jurejurando quis adigitur, sensum genuinum, ut & obligationi sive vinculo Juramenti modum ac mensuram præstitui seu præscribi, à mente & intentione, non præstantis, sed exigentis juramentum; scilicet ipsius Legislatoris. Neque enim si quis inter jurandum, verbis in qua jurejurando adigitur, sensum affingat alienum ab eo quem Legislatori propositum fuisse, ipsi juranti persuasum aliásve

aliásve verisimile est, (hoc est, hujusmodi sensum qui desidiæ vel socordiæ faveat, quivè Disciplinæ Academicæ *aut morum honestati repugnet) eo ipso* εὐθρηξὶν *illum, aut Statutis vel* Iurisjurandi Religioni *satisfecisse putandum est: nedum jurisjurandi religione exolutum ut putet se quis, si ad jurandum animum afferat non obligandi seipsum, sed in nudo verborum cortice sistendi: Neque n.* * Poëticum *illud* δυσορκίας *remedium, seu veriùs colludium* —Linguâ juravi, mentem injuratam gero—— *homini Christiano satisfacere aut potest aut debet, eo ipso à perjurii crimine excusatum reputare se ut debeat. Quoniam igitur mensura obligationis sive vinculi Iuramenti ab* intentione Legislatoris *præcipuè pendet, operæpretium utique fuerit, singulos mentem ac intentionem* Legislatoris *perspectam & exploratam habere; Qualis scilicet qualiumque Statutorum transgressio, juratos ad omnia Statuta promiscuè observanda perjurio involvat.*

* *Euripid.* Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Intenditur igitur perjurio se obligare.

Primò, delinquentes contra Statuta sub pœnâ perjurii sancita, aut contra Statuta ad quæ speciatim observanda fide suâ datâ Vniversitati *obstringuntur; ut & in* Iuramentis assertoriis, *affirmantes se aliquid per Statuta requisitum fecisse, quod non fecerint, vel scire crederéve, quod non sciverint credidérintve.*

Secundò, delinquentes contra Statuta quæcunque, nec submittentes se pœnis per Statuta infligendis, aut (ubi nullæ appositæ sunt) arbitrio Cancellarii *vel* Vice-Cancellarii *irrogandis, ex potestate ipsis* * *permissâ. Siquidem omnis vera lex etiam citrà ullius juris jurandi religionem (ac multò magis* juramento *firmata) resolvitur necessariò in aliquam conscientiæ obligationem ad actum præceptum aut prohibitum, vel simplicitèr vel sub disjunctione; ita scilicet ut in* conscientiâ

* Tit. 10. Sect. 2. §. 2 T. 17. S. 1. §. 2.

tiâ *obligentur singuli, aut hoc facere vel omittere, aut illud pati.*

Tertiò, qui, non obstante incapacitate quacunque, ex transgressione alicujus Statuti contractâ, se nihilominùs actibus ratione illius incapacitatis interdictis ingerunt. Duplex autem est hæc incapacitas: una, qua dispensationis beneficio removeri potest; alia, cui tali remedio subveniri non potest, in materia scilicet indispensabili.

Quòd verò hujusmodi incapacitatem ex aliquibus delictis contrahi intendant Statuta, ex eo patet, quòd Statuta passim supponant dispensationes quoad præterita; Dispensatio *autem in actus præteritos minimè audit seu operatur (quasi scilicet ipsos retrotrahere, aut factum infectum reddere valeret) sed* in pœnam *delinquentibus irrogatam, ipsam remittendo vel relaxando. Nam Clausula illa,* * *in formulâ Juramenti quo singulos præsentatos obstringit Senior Procurator* (Nisi aliter tecum dispensatum fuerit) *præter mulctas ordinarias secundùm*

* Tit. 9. Sect. 6. §. 3.

Statuta irrogatas, supponit, ratione delictorum contra illa Statuta adhùc remanere aliquam obligationem ad pœnam, dispensationis beneficio dissolvendam; quæ quidem pœna non alia esse potest quàm incapacitas Gradus *capessendi, ex hujusmodi delictis contracta.*

Qui igitur non obstante hujusmodi incapacitate, citra dispensationis beneficium Gradus capessunt, perjurium *incurrunt, ac multò magis illi, qui* incapacitatem contraxerunt, *cui dispensationis remedio subveniri non potest.*

Quoad alia verò delicta, si Statutorum pœnarúmve contemptus, *& crassa obstinatáque negligentia absuerit, delinquentes, si pœnis per Statuta sancitis, aliásve arbitrariis se submiserint* jurisjurandi Religionem *temerâsse minimè censendi sunt.*

Magistratibus *denique, prout maior eis debetur reverentia, quàm ut pœnis passim intentatis coerceri ipsos & in ordinem cogi par sit, ita major* conscientiæ obligatio *incumbit; utpote*

qui non ſolùm ea quæ ſui muneris ſunt fideliter administrare; *verumetiam, ut alii omnes ſuis officiis fungantur; ſedulò* curare *tenentur. Neque tamen eos, ubicunque officiis ſuis defuerint, perjurio protinùs ſe obligare intenditur. Verùm quoniam* ipſorum fidei *Statutorum cuſtodia & tutela concredita eſt, ſi (quod abſit) per negligentiam aut ſocordiam ſuam Statuta quæcunque inuſu ac deſuetudine exoleſcere, & tacitè quaſi abrogari patiantur, ipſos etiam fidei violatæ ac* perjurii *teneri decernimus.*

FINIS.

EΠINOMIΣ:
SEV
EXPLANATIO
IVRAMENTI, QVOD
de obſervandis Statutis Vniverſitatis à ſingulis præſtari ſolet; Quatenùs ſcilicet, ſeu quouſque obligare jurantes cenſendum ſit.

QVoniam aliis reſtrictior & moroſior, aliis contra laxior & diſcinctior eſt Conſcientia; *Illi leviſſimos quoſq; lapſus ſuos calumniari nati ſunt, et ſeſe nõ ſæpiùs immorigeros, quàm perjuros eſſe arbitrãtur;*

tur; Hi quoscunque Legum nexus, Jurisjurandi Religionem, conscientiæ laqueos Strophis suis eludere satagunt, & ipsi sibi palpum obtrudunt: Non abs re fore visum est explicare, quatenùs seu quousque Iurisjurandi de Statutis Universitatis observandis præstiti Religione teneri seu obligari singulos censendum sit; In eoque tale temperamentum sequi, ne vel, duriùs interpretando, illis crucem figere, vel benigniùs his fibulam laxare videamur.

Quòd in re, hoc imprimis attendendum est, verbis Statutorum, in quæ jurejurando quis adigitur, sensum genuinum, ut & obligationi sive vinculo Juramenti modum ac mensuram præstitui seu præscribi, à mente & intentione, non præstantis, sed exigentis juramentum; scilicet ipsius Legislatoris. Neque enim si quis inter jurandum, verbis in quæ jurejurando adigitur, sensum affingat alienum ab eo quem Legislatori propositum fuisse, ipsi juranti persuasum aliásve

ELENCHVS Materiarum.

DE tempore & conditionibus Matriculationis pag. 1	Matricula.
De Officio Prælectorum circa Scholares matriculandos 2	
De Scholarium admissione *in Collegia & Aulas. Ne quis in domibus privatis victitet aut hospitetur* 4	Admissio.
Prælector & auditores	Lectiones publicæ.
Grammaticæ 6	
Rhetoricæ 7	
Dialecticæ 7	
Moralis Philosophiæ 8	
Geometriæ 9	
Astronomiæ 9	
Musicæ 10	
Naturalis Philosophiæ 10	

	Metaphysicæ	11
	Historices	12
	Anatomices	13
	Dª *Margaretæ Comitiss.*	18
Professor Regius	*Linguæ Græcæ*	13
	Linguæ Hebraicæ	14
	Juris Civilis	15
	Medicinæ	17
	S. Theologiæ	19
Auditores.	*Quòd singuli Scholares peculiaribus Scholis contribuantur*	20
	Quòd singuli Scholares Lectores suos (si qui fuerint ejusdem Domûs) ad Scholas deducant	21
	De modo, quo auditores in Scholis se gerent, inter audiendum	22
	De Mulctis Auditorum à Lecturis publicis absentium	23
Gradus. *Tempus & exercitia pro Gradu in*	1 *Artibus* scilicet *Baccal.*	24
	1 *Artibus* scilicet *Magist.*	36
	2 *Musicâ*	55
	3 *Jure Civili*	59
	4 *Medicinâ*	64
	5 *S. Theologiâ*	68
Baccal.	*De Disputationibus in* Parvisô *tum habendis tum frequentandis*	26

De tempore intra quod creandi Sophistæ Generales; *formula creandi* Generales 30

De Scholis sortiendis & Quæstionibus publicandis 32

De Responsionibus Quæstionistarum sub Baccalaureis Determinantibus 34

Leges respondendi sub Baccalaureo Determinante 35

De Determinatione Quadragesimali 38 *Magist.*

De Disputationibus in Die Cinerum sive Carnis-privii 39

De Precibus habendis unoquoq; die Saturni durantibus Quadragesimalibus Disputationibus, &c. 42

De Classibus Determinantium ordinandis; Et de tempore Disputationibus Quadragesimalibus præstituto 43

De Forma in Determinatorum Disputationibus observanda 46

De Disputationibus apud Augustinenses 47

De Baccalaureorum Disputationibus Quodlibeticis 50

	De sex Lecturis solennibus habendis ante Licentiationem in Artibus 52
	De Regimine Scholarum in genere, quoad Exercitia in Artibus ibid: praestanda 53
N.B.	*Quomodo, & unde computandum sit tempus, singulis Gradibus capessendis praestitutum* 73
Vesperiæ et Comitia.	*De Praelectionibus in Vesperiis, & quod Inceptores circumeant singulas Scholas* 76
	De Precibus solennibus, & Oblationibus, in die Comitiorum 79
	Quæstiones in singulis Facultatibus, discutiendæ in Vesperiis & Comitiis, Judicio Congregationis approbandæ 80
	Habitus Vesperiales & Comitiales Inceptorum in Artibus 81
	Habitus Inceptorum in aliis Facultatibus 82
	De sedilibus Inceptorum & Extraneorum non occupandis 83
Examinationes.	*De Examinandis iis qui Gradus in Artibus capessunt, aut in Jurisprudentia, priusquam in artibus incepe-*
	rint

rint 85	
De Mulctandis Delinquentibus circa Examinationes; & de Officio ac cura Vice-Cancellarii & Procuratorum circa easdem 89	
Conditiones previæ ad petitionem Gratiæ ex parte Supplicis 92	*Gratia petenda.*
Conditiones proponendi Gratias 94	
De Gratiis simpliciter concedendis vel negandis 97	
De causâ Gratiæ ter negatæ ostendendâ statim post tertiam Congregationem finitam 98	
De Materia Dispensabili, in qua Congregationi dispensare permissum est 100	*Congregatio dispensat.*
De Præsentationibus Graduandorum.	*Præsentationes.*
De Circuitione & Visitatione, à Præsentandis obeundâ 105	
De Subscriptione ante Præsentationem exigendâ 109	
De Depositionibus pro præsentandis 110	
De Iuramentis Præsentandorum.	*Iuramenta Præsentandorum.*
Statuta, in quæ singulos Præsentatos Iurejurando adigit Junior Procurator.	

rator. *Et admonitio de Habitu Gradui competente* 113

Forma Juramenti admittendorum ad Publicam Bibliothecam 116

Admonitio pro Habitu Gradui competente 118

Statuta, in quæ singulos Præsentatos Iurejurando adiget Senior Procurator 119

Communis formula, singulos Præsentatos Inramento obstringendi, & de Inramento Primatûs Regii, & Fidelitatis à singulis exigendo 136

De Creatione et Licentiatione Præsentati per Vice-Cancell. 138

Incorporatio. *Conditiones* Incorporandi *alumnos Academiæ Oxonienſis vel Cantabrigienſis, apud exteras Academias Gradus capeſſentes* 140

Convocatio diſpenſat. *De Negotiis in* Domo Convocationis *tractandis, ſeu de materia* Diſpenſabili *in qua Convocationi diſpenſandi poteſtas permiſſa eſt* 142

Non diſpenſat. *De materia* indiſpenſabili, *in qua Convocationi diſpenſare non permititur* 145

Con-

Congregationibus & Convocationibus quinam per fidem interesse tenentur 148

De Vestitu & Habitu Scholastico. *Habitus.*

Quinam modus in vestibus à singulis servandus 150

Insolitos Habitus invehentes puniendi 152

Habitus Academici singulis Gradibus & Facultatibus competentes 153

De Moribus conformandis. *Mores.*

De Reverentia Iuniorum erga Seniores 157

De coërcendis otiosis & malè feriatis Scholaribus in Civitate oberrantibus 160

Quod Scholares, Conventibus Iuridicis, qui Sessiones & Assisæ vocantur non intersint 161

De Domibus Oppidanorum non frequentandis 162

De Oenopoliis, sive Tabernis vinariis, Popinis, & Diversoriis non frequentandis 164

De Nocturnâ Vagatione reprimenda 166

De

	De Ludis prohibitis	168
	De famosis Libellis cohibendis	171
	De contumeliis compescendis	172
	De vi & injuria prohibenda	173
	De Armis non gestandis	175
	De Conventiculis illicitis reprimendis	177
	De Authoribus et Fautoribus Dissentionis puniendis	178
	De Oppugnatoribus & violatoribus publicæ Authoritatis, & Manutenentibus coërcendis	179
Conciones.	*De Concionatoribus approbandis*	181
	De Offensionis & Dissentionis materiâ in Concionibus evitandâ	182
	De Officiis Divinis, seu Precibus solennibus juxta Liturgiam Ecclesiæ Anglicanæ, & Concionibus publicis frequentandis	184
Feuda	*De Feudis ad Vniversitatẽ, Officiarios, & Servientes, pertinentibus*	186
Fudicia	*De Incarceratione, Custodiæ causâ*	189
	De Reis, Majorum Criminum convictis	191

De

De Iis qui de se Iustitiam fieri non permittunt 192

De Perturbatoribus Pacis, sive Iis quorum Appellationes recipienda non sunt 194

De modo Studendi: Necnon de Libris in quarto & octavo 198

Explanatio Juramenti *de observandis Statutis Vniversitatis* 207

Bibliothec. Bodlei. Emvouiç.

FINIS.

Errata, quæ in nonnullis exemplaribus haud emendata reperiuntur, hunc in modum Lector corrige

Errata, quæ in nonnullis exemplaribus haud emendata reperiuntur, hunc in modum Lector corrigat.

pag.	lin	Errat.	Correctio.
[illegible]	5	plebei	plebeii
[illegible]	13	Nichom	Nicom
15	6	Furi	Furiæ
15	11	Furiæ	Furi
22	2	dam	dum
34	17	alia	aliquâ
45	ult	à	autem
ibid.	in	margine	P. 109. b.
47	4	ad	de
54	1	-runt	-rant
78	5	creati	ocreati
86	5	pluros	plures
89	13	Vrbi	Vrbe
89	14	Seni.	ad Seni-
90	21	ſit	ſic
91	11	vis	bis
94	14	propugn-	proponendi
95	26	Domo	Domo
100	16	propoſitis	pro poſitis
126	14	Quadrien	Biennium
138	9	entur	-antur
140	3	alumni	alumnos
147	4	ro per-	-ro remper-
157	2	confirm-	conform-
160	11	Officintas	Officinas
168	14	corporatis	corporalis
175	11	pænè	pæna
193	14	exautur	exuatur
200	8	collecta	collocata
209	5	ἐυδρχεν	ἐυορχῆν



Tit: 17. Sect: 6:

De magistris vicorum designandis et eorum officio.

Præter internos Regentia suæ actus, quos Magistri necessario Regentes intra domum Congregationis (ut præfertur) exercent, ijdem etiam tanquam annui Universitatis Officiarij alios externos Regentia suæ actus, foris et extra domum Congregationis exercere tenentur. Consuetudo enim est quod incipiente termino Michaelis, Procuratores universum municipij Oxon: et suburbiorum ejusdem circuitum in quosdam vicos seu plateas distributum inter aliquot Regentes partiantur, qui magistri vicorum nuncupantur. Quorum est, Pacem Domini Regis et Universitatis sique fulerit occasio custodire; munditiæ vicorum et ne quidem incommodi seu detrimenti ex communibus nocumentis, lordibus et fimis illic congestis oriatur, prospicere; eosque quorum interest hujus rei admonere; et negligentes sive non curantes, modis quibus poterint, ad remedium adhibendum cogere.

Juniores scholares in ijsdem vicis otiosè, et absque habitu sibi competente vambulantes aut commorantes aut immodeste se gerentes aut debitam Reverentiam senioribus non exhibentes corripere et increpare eosque ut ad Fœs et Collegia sua se recipiant cogere. Resistentes autem et inobedientes, tum vicecancellario et Procuratoribus denuntiare; tum a gradibus scholasticis impedire et prohibere, secundum statuta prius posita et non aliter.

ri circulos, & primum quidem minores, ac deinde de continuo maiores in longam distantiam, iuxta quod missio magis fuerit violenta, aut maior fuerit

te superantes irrationalia modum, etiam ampliora q tantes. ¶ Rursum, ani

concretum aliquod vulgo vitatum denominatur. Non enim dicitur aer ſonans, neq; etiã (iuxta communem vocabuli acceptionem) dicitur ſonorus, tametſi ſono ſit informatus. ¶ Qua in re manifeſta inter ſonum (qui eſt obiectum auditꝰ) & inter obiecta aliorum ſenſuum differentia eſt, quoniã color ſubiectiue eſt in re quæ per ipſum videtur, & odor in re eſt quæ per ipſum odoratur, ſapor item in re quæ guſtatur, & tangibilis qualitas in re quæ tangitur. Solus autem ſonus non eſt in re quæ auditur ſed ab ea tantum procedit, & in medio recipitur. Solus etiam ſonus in ipſo medio realiter exiſtit. Cæterorum autem obiecta ſenſuum tantum ſunt in medio intẽtionaliter, videlicet ſecundum ſuam ſpeciem. ¶ Fit autem ſonus non abſq; locali motu. Cum enim ſonus nõ fiat ſine collisione & concuſſione, percuſſio vero non abſq; motu, conſequens eſt nec ſonum poſſe fieri abſq; motu. Sic autem fieri dicũt ſonum in collisione corporũ, quomodo in aquæ ſuperficie fieri videmus, ſi iniiciatur lapillus. Videmus enim circa locum iectionis in aqua fieri circulos, & primum quidem minores, ac deinde continuo maiores in longam diſtantiam, iuxta quod iectio magis fuerit violenta, aut maior

fuerit

quia propoſitum ruc
quatenus oblectato
delectatio, caput a

¶ Propone (exem
tienti aquam limpidiſſ
abundantia: videbis donec
donec appetitus ille ſenſus
bitura requiẽ: mox vero v
ſus deſyderiũ, capite auer
& in paſcuis vberrimis vi
ſare animalia, & vel ſopor
tioni. At uero inter homi
non quæſitos paſſim obui
poſita menſura, etiam ſenſ
tibus atq; abhorrentibus,
gitant, donec crepet vent
ceſſare a poculis, aut a co
¶ Item in animalibus vid
rariſſimeq; vti venere, &
ni temporibus. Homines
etiã perpetuo ſe frenare
te ſuperantes irrationalia
modum, etiam ampliora
tantes. ¶ Rurſum, ani

¶ Caput Sextum.

¶ De ſono qui eſt obiectum auditus.

ESt autem ſonus proprium obiectum auditus, ita vt nihil niſi gratia ſoni audiri poſſit, & quicquid auditur gratia ſoni audiatur. Eſtq; ſonus qualitas quædam cauſata in medio ex colliſione ſiue percuſſione duorũ corporum ad inuicem, qui cum totum oppleuerit medium vſq; ad organum auditus, efficit auditionẽ. Soni definitio.

Ad quam cauſandam, tria requiruntur: ſcilicet percutiens, percuſſum, & mediũ. Quarũ horum aliqua ſecundum rem interdũ contingit coincidere, vtpote cum vnum duorũ fungitur officio, veluti cum quis virga violẽter percutit aerem, idem aer quatenus violenter ictus habet rationem percuſſi, quatenus vero in ſe ſonum recipiens, dicitur medium. Vnum autẽ corpus per ſe ſolum non poteſt ſonum efficere.

¶ Notandum vero, q; ſonus non in ipſo eſt ſubiectiue quod percutit, neq; quod percutitur, ſed in medio circumſtante (aere ſcilicet vel aqua) quod ipſum in ſe recipit. Cum enim ex ictu mallei ſuper cãpanã ſonẽ editur, nõ eſt ille ſubiectiue neq; in cãpana pereuſſa neq; in percutiẽte malleo, ſed



c 19007
212 78
SL

REPRODUCED FROM THE COPY IN THE

HENRY E. HUNTINGTON LIBRARY

FOR REFERENCE ONLY. NOT FOR REPRODUCTION